ORIGENIS HEXAPLORUM

QUAE SUPERSUNT

SIVE

VETERUM INTERPRETUM GRAECORUM

IN TOTUM VETUS TESTAMENTUM

FRAGMENTA

POST FLAMINIUM NOBILIUM, DRUSIUM, ET MONTEFALCONIUM,

ADHIBITA ETIAM VERSIONE SYRO-HEXAPLARI,

CONCINNAVIT, EMENDAVIT, ET MULTIS PARTIBUS AUXIT

FRIDERICUS FIELD

TOMUS I

PROLEGOMENA

GENESIS — ESTHER

1964

GEORG OLMS VERLAGSBUCHHANDLUNG

HILDESHEIM

THEOLOGY LIBRARY
EMORY UNIVERSITY

Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Oxford 1875

Printed in Germany

Herstellung: Druckerei Lokay, Reinheim

PRAEFATIO.

ORIGENIS HEXAPLORUM deperditorum fragmentis disjectis conquirendis et edendis primus operam navavit PETRUS MORINUS Parisinus in annotationibus ad Biblia Graeca ex auctoritate Sixti V P. M. Romae cusa anno 1587; qui in epistola ad Silvium Antonianum de suis in editione paranda partibus haec scribit: "Mihi uni data est provincia commentariorum in V. T. Vaticanorum, quae Catenae dicuntur, evolvendorum ac perlegendorum, ut ex iis varias lectiones variasque interpretationes Aquilae, Symmachi et Theodotionis, Quintae praeterea ac Sextae editionis, exciperem et in annotationes transferrem, quas itidem scribendas susceperam." Cum vero anno sequenti ex eadem auctoritate FLAMINIUS NOBILIUS Biblia Graeca Sixtina cum Morini annotationibus Latine reddita Romae ediderit, contigit ut communi opinione Nobilio tribueretur quae proprie Morini commendatio sit; qui error adeo inveteravit, ut nobis quoque in opere inscribendo ei non obsistendum esse videretur.[1]

Post Morinum idem opus suscepit JOANNES DRUSIUS in libro post obitum ejus edito, cui titulus: *Veterum Interpretum Graecorum in totum V. T. Fragmenta, collecta, versa et notis illustrata a Johanne Drusio, Linguae Sanctae in illustrium Frisiae Ordinum Academia, dum viveret, Professore,* Arnhem. 1622. Fragmentis praemissae sunt duae Auctoris epistolae, quarum prima de Aquila, Symmacho et Theodotione, altera de Quinta et Sexta editione agit. Lectionibus trium interpretum a Morino collectis Drusius vix hilum addidit; sed eas interpretatione Latina, aliorum locorum collatione, et doctis annotationibus non mediocriter illustravit.

[1] Montefalconius in Monito ad Proverbia notat, *multo majorem in Proverbia lectionum silvam a Morino collectam esse quam in ceteros libros, quia videlicet praestantiores codices in hanc Scripturae partem, quam in ceteras, Romae suppetebant.* Nobis vero, evolutis collationibus Cod. 248 (qui est Vat. 346) Bodleianis, perspectum est, Morini lectiones in Proverbia *omnes* ex hoc uno codice (qui etiam in mendo μετανικήσης Cap. xxiii. 10 cum Ed. Rom. concinit) derivatas fuisse.

73477

Vetus Testamentum ex versione LXX interpretum secundum exemplar Vaticanum Romae editum, una cum Scholiis ejusdem editionis, variis MSS. codicum veterumque exemplarium lectionibus, necnon Fragmentis versionum Aquilae, Symmachi et Theodotionis edidit LAMBERTUS Bos Franequerae, 1709. Praeter Morini collectionem Bosius alia trium interpretum fragmenta ex Notis Patricii Junii in Polyglottis Waltoni, ex editione Francofurti 1597, ex Drusio, et ex Cardinalis Barberini Codice in Prophetas, margini suo allevisse profitetur. Quod vero ad lectiones Francofurtenses attinet, eas non genuinas esse, sed Hieronymi Latinas Graece redditas in Monito ad Jesaiam p. 430 probavimus.

Ne in accessionibus minoris momenti immoremur, aedificio, cujus fundamenta ab editore Romano jacta sunt, fastigium imposuit D. BERNARDUS DE MONTFAUCON, Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri, qui *Origenis Hexaplorum quae supersunt, multis partibus auctiora quam a Flaminio Nobilio et Joanne Drusio edita fuerint* duobis tomis formae maximae edidit Parisiis, 1713. Primo volumini praemissa sunt Praeliminaria in Hexapla Origenis, Opuscula quaedam Origenis et Epiphanii inedita, et Testimonia Auctorum; secundum vero ad calcem habet Lexica ad Hexapla Hebraicum et Graecum, quorum posterius ab Abr. Trommio in *Concordantiis Graecis ad V. T.* repetitum est. Codices et omnis generis subsidia, quibus usus est Montefalconius, in Monitis ad singulos S. Scripturae libros recensuimus. Opus, etsi nequaquam omnibus numeris absolutum, laboriosissimum tamen et utilissimum, per saeculum et dimidium in hac eruditionis biblicae provincia sine rivali primatum tenuit. Certe famam ejus non obscuravit repetitio ejus a CAROLO FRIDERICO BAHRDT, anno 1769 et sequenti Lipsiae et Lubeciae publici juris facta.

Bahrdtio, ut ipse profitetur, in primis propositum fuit, ut *immortalis Montefalconii operis editionem, quae nullum emptorem pretio suo deterreret,* pararet. Hoc consilio textum Hebraicum, quandocunque solito prolixior esset, decurtavit; verba Hebraica literis Graecis adscripta plurima ejecit; versionem Latinam, cui antecessor ejus dimidium fere cujusque paginae assignaverat, omisit; Montefalconii notas maximam partem neglexit, etiam eas quae unde sumpta sit lectio quaeque describunt; ceteras omnino suas fecit et cum suis permiscuit, *quia ejus rei nihil lectoris intererat.* Vitia prioris editionis typographica innumera correxisse vereor ne nimis temere professus sit; quod vero ad augenda Hexapla attinet, si excipias lectiones Codicis Pentateuchi Lipsiensis a Jo. Frid. Fischero anno 1767 editi, nihil omnino effecit. Lexica nova ad usum operis sui necessaria, *si viris doctis labores suos non displicuisse intellexerit,* paraturum se pollicitus est; quae tamen, viris doctis, ut videtur, non faventibus, lucem non viderunt.

Annis recentibus novam Hexaplorum editionem vehementer exoptaverunt VV. DD., e quibus unius tantum et alterius verba proferemus. Sic igitur J. G. EICHHORNIUS, de Montefalconii Hexaplis judicium ferens: "Dolendum est quod doctus Benedictinus eruditione

Hebraea, acumine critico, interdum etiam communi diligentia et accuratione adeo destitutus sit, ut ne Drusii quidem fragmenta satis exacte exscripserit. Ad summam, Hexapla ejus pro bono collectaneorum thesauro habenda sunt. Ad haec elaboranda et augenda jampridem a Semlero, Scharfenbergio, Doederleinio, Matthaeio, Schleusnero, Spohnio, singularibus opusculis auspicatum est; quorum vestigiis si ab aliis insistetur, Hexaplorum editio fidelior et Criticis utilior cito sperari potest. Equidem a codicibus LXX interpretum MSS. et versione Syro-hexaplari plurimum adjumenti exspecto."[2] In eandem sententiam breviter sed magno cum pondere CONSTANTINUS TISCHENDORFIUS: "Magnopere optandum est ut, quibus antehac Morinus, Drusius, Montefalconius, Bahrdtius, Schleusnerus aliique de sacris literis promeruere, studia colligendorum omnium eorum, quae ex opere Origenis passim etiamnum supersunt, repetantur promoveanturque."[3]

Nunc quid in nostro opere, L. B., ut votis eruditorum hominum pro virili satisfaciamus, praestiterimus, paucis accipe. E duobus reliquiarum hexaplarium fontibus ab Eichhornio sagaciter detectis, omnia fere nostra hausimus. Lectiones trium interpretum ab Holmesio et Parsonsio ad calcem cujusque libri e codicibus suis excerptas sedulo exscripsimus; primum, scilicet a Jobo (a quo initium fecimus) ad Danielem, ex edito eorum magno opere; mox, cum ad XII Prophetas ventum est, ex ipsis collationibus manuscriptis, quas domi habere per favorem Curatorum Bibliothecae Bodleianae nobis contigit. Finito autem opere, ne pars prior a Jobo ad Danielem eodem beneficio destitueretur, e schedis Bodleianis magnam bonarum lectionum segetem, a duumviris illis immerito praeteritarum, in *Auctarium* ad id factum recondidimus. Porro multas alias lectiones anonymas in apparatu eorum *subtextuali* latentes in lucem protraximus; quarum aliae ad alias versiones pertinent, aliae ad eam recensionem quam probabilibus argumentis Luciano Martyri vindicavimus. Transeamus ad alterum fontem, versionem scilicet Pauli Telensis Syro-hexaplarem, partim ineditam, partim ex apographo parum fideli editam; in qua tractanda magnis difficultatibus pressi fuissemus, ni Vir egregius ANTONIUS MARIA CERIANI, Collegii Bibliothecae Ambrosianae Doctor, viam salutis nobis aperuisset. Praeterea ad libros Levitici[4] et I et II Regum, deperdita versione Syro-hexaplari, ex Bar Hebraei *Horreo Mysteriorum* hactenus inedito, opem nobis ferente Doctore GULIELMO WRIGHT, Linguae Arabicae apud Cantabrigienses Professore, paucas, sed bonae frugis, trium interpretum lectiones lucrati sumus. His summatim expositis, ne eadem bis dicendo molesti simus, Lectorem ad Monita cuique libro praemissa ablegamus. Unum restat, idque jucundissimum, ut nomina eorum, qui nobis in labore nostro decennali exantlando vocati

---

[2] Eichhorn. (J. G.) *Einleitung in das A. T.* T. I, p. 370 ed. 3tiae. [3] Tischendorf. *Prolegom. in V. T. juxta LXX Interpretes*, p. lv ed. 4tae, Lips. 1869. [4] Vid. *Omissa* ad calcem *Auctarii*.

et non vocati officia sua praestiterint, grate commemoremus. Hi autem sunt, praeter duos modo memoratos, ROBERTUS LUBBOCK BENSLY, A.M., Academiae Cantabrigiensis Sub-bibliothecarius; JOSEPHUS COZZA, Monachus Basilianus; PHILIPPUS EDVARDUS PUSEY, A.M., ex Aede Christi Oxonii; et GULIELMUS ALDIS WRIGHT, A.M., e Coll. SS. Trin. Cantabrigiae.

QUOD Germanis literatis moris est, ut ad summos in philosophia honores rite capessendos vitae et studiorum rationes reddant, id mihi semper visum est senescenti quam adolescenti aetati, et absoluto quam vixdum inchoato curriculo magis consentaneum esse. Cum igitur, Deo favente, ad finem ultimi mei laboris literarii tanquam ex longa navigatione in portum pervenerim, peto indulgentiam tuam, L. B., dum quid in vita ultra communem terminum producta peregerim, et quibus studiorum inceptorumque meorum auctoribus et fautoribus, breviter expono.

Natus sum Londini anno MDCCCI mensis Julii die XX in vico cui nomen a Nova Porta, in quo pater meus HENRICUS FIELD, et ante eum pater ejus, et post eum frater meus natu maximus per longam annorum seriem medicam artem exercuerunt. Avus meus JOANNES FIELD uxorem duxit ANNAM filiam THOMAE CROMWELL, negotiatoris Londinensis, viri humili conditione, sed stirpe illustri, quippe qui patrem habuerit HENRICUM CROMWELL, Majorem (qui dicitur) in exercitu Reginae Annae; avum autem HENRICUM CROMWELL, Hiberniae Dominum deputatum, filium natu minorem OLIVERII CROMWELL, Reipublicae Angliae, Scotiae et Hiberniae Protectoris. Sed stemmatum satis. Redeo ad patrem meum, virum strenuissimum, integerrimum, piissimum, cujus memoriam nunquam eo quo par est amore et veneratione prosequi potero. Is, dum sextum annum agebam, cooptatus est in medicum Orphanotrophei Christi a Rege Edvardo VI fundati, quo eventu patuit mihi aditus gratuitus ad scholas dicti Orphanotrophei grammaticas, primum sub disciplina viri optimi et amabilissimi, LANCELOTTI PEPYS STEPHENS, A.M., scholae inferioris magistri; donec, aetate paulo provectior, transii in scholam superiorem ab ARTHURO GULIELMO TROLLOPE, S.T.P., tunc temporis gubernatam, quo praeceptore, nulli coaetaneorum suorum secundo, a pueritia usque ad annum aetatis duodevigesimum literis Latinis, Graecis, Hebraeis sedulo imbutus sum. E schola egressum anno MDCCCXIX excepit me Collegium SS. Trinitatis apud Cantabrigienses, cujus post sex menses Discipulus factus sum. Tutores habui in disciplinis mathematicis JOANNEM BROWN, A.M., et GULIELMUM WHEWELL, A.M.; in eruditione autem classica (quae dicitur) JACOBUM HENRICUM MONK, S.T.B., Graecarum literarum Professorem Regium;

quorum praelectiones diligenter attendens, privato tutore facile carere potui. Elapso triennio (cujus disciplinae quotidianae jucundissimam memoriam recolo) anni MDCCCXXIII mense Januario in gradum Baccalaurei Artium admissus sum, quo tempore in tripode (quem vocant) mathematico primae classis decimum locum obtinui. Ejusdem anni mense Martio numisma aureum a Cancellario Universitatis pro profectu in studiis classicis quotannis propositum reportavi. Vix bimestri spatio elapso, tertium in arenam descendi, et exhibitione a Roberto Tyrwhitt, A.M., ad eruditionem Hebraeam promovendam instituta dignatus sum. Proximo anno, Octobris die primo, culmine votorum meorum potitus sum, in Sociorum celeberrimi Collegii ordinem post examinationem habitam cooptatus. Collegas honoris habui tres: THOMAM BABINGTON MACAULAY, Poetam, Oratorem, Historicum; HENRICUM MALDEN, in Collegio Universitatis Londini Graecarum literarum Professorem; et GEORGIUM BIDDELL AIRY, Astronomum Regium. Anno MDCCCXXVIII a JOANNE KAYE, S.T.P., Episcopo Lincolniensi, sacris ordinibus obligatus sum. Ex eo tempore S. Scripturae et Patrum Ecclesiae studio me addixi, nullo tamen publice edito fructu, donec anno MDCCCXXXIX S. Joannis Chrysostomi Homilias in Matthaeum ad fidem codicum MSS. et versionum emendatas et annotationibus illustratas non modico sudore ac sumptu evulgavi. Non multo post almae matri meae valedixi, et curam pastoralem Saxhamiae Magnae in agro Suffolciensi per tres annos administravi. Anno MDCCCXLII beneficium ecclesiasticum Reephamiae cum Kerdistone in agro Norfolciensi, cujus collatio ad Collegium SS. Trinitatis pertinet, jure successionis mihi obtigit. In hoc viculo amoenissimo annos unum et viginti non inutiliter consumpsi, partim in cura animarum non ita multarum mihi commissarum, partim in studiis eis sectandis, quae gloriam Dei illustrare, et Ecclesiae ejus adjumento esse possent. Ne longior fiam, per id tempus Chrysostomi, deliciarum mearum, Homiliarum in Divi Pauli Epistolas novam recensionem, septem voluminibus inclusam, in gratiam Bibliothecae Patrum Ecclesiae a presbyteris quibusdam Oxoniensibus inceptae edidi. Praeterea, rogatu venerabilis Societatis de Promovenda Doctrina Christiana, Veteris Testamenti juxta LXX interpretes recensionem Grabianam denuo recognovi; cujus operis, quamvis ad aliorum modulum et praescriptum conformati, merita qualiacunque candide agnovit Tischendorfius in *Prolegomenis ad V. T. juxta LXX interpretes*, Lipsiae, 1869, quartum editis. Vixdum hoc pensum finieram, cum in mentem mihi venit cogitatio operis, quod ad priora illa quasi cumulus accederet, hoc est, ORIGENIS HEXAPLORUM novae et quae nostri saeculi votis satisfaceret editionis; quod tamen ut ad felicem exitum perducerem, quantulum mihi restaret tam vitae quam vigoris in hunc unum laborem impendendum esse sensi. Resignato igitur beneficio meo, e cujus amplis reditibus jam omnibus bonis affluebam, anno MDCCCLXIII Norvicum me contuli, unde anno sequenti, prolusionis gratia, OTIUM meum NORVICENSE, sive *Tentamen de Reliquiis Aquilae, Symmachi et Theodotionis e lingua Syriaca in Graecam convertendis*, emisi. In animo

habebam librum per subscriptiones (quas vocant) publicare, sed in hac bonarum literarum despicientia res tam male mihi successit, ut spem omnem operis edendi abjecissem, nisi peropportune Delegati Preli Oxoniensis Academici, interveniente Roberto Scott, S.T.P., Collegii Balliolensis Magistro, omnem novae editionis impensam in se suscepissent; quibus pro sua in me, exterae Academiae alumnum, benevolentia gratias quam maximas ago.

Quod superest quam brevissime potero conficiam. Fidem catholicam, ab Ecclesia Anglicana reformata expositam, firmiter teneo. Errores ac novitates, qui in tot annorum decursu alter alteri supervenerint, sive Evangelicalium (qui nominantur), sive Rationalistarum, sive (quod novissimum ulcus est) Ritualistarum et Papizantium, praeveniente Dei gratia feliciter evasi. Jus fasque tum in privatis tum in publicis rebus impense amavi; injurias et aggressiones, sive regum delirantium, sive plebeculae tyrannidem affectantis, immitigabili odio ac detestatione prosecutus sum. Vitam umbratilem et otiosam semper sectatus sum, non ut desidiae indulgerem, sed ut iis negotiis, in quibus me aliquid proficere posse senserim, vacarem. Per quadraginta fere annos in bonis literis excolendis, praecipue eis quae ad Verbi Divini illustrationem pertinent, sine patrocinio, sine emolumento, sine honore desudavi. Nunc senio confectus, et rude donatus, nihil antiquius habeo quam ut juniores competentioresque in eodem campo decurrentes, dum vivo et valeo, consiliis, adhortationibus, facultatibus adjuvem.

Scribebam Norvici die XVI Septembris, A. D. MDCCCLXXIV.

PROLEGOMENA IN HEXAPLA ORIGENIS.

CAPUT I.

De Hexaplorum variis nominibus.

Origenis opus elaboratissimum, quodque ad Sacri Codicis intelligentiam maximum momentum habet, sub generali Hexaplorum nomine omnibus, qui vel primis scientiae biblicae elementis imbuti sint, familiariter notum est. Nomen ipsum cum cognatis ejus, *Tetrapla*, *Octapla* etc., apud Origenem, Eusebium, Epiphanium et Hieronymum (e quorum scriptis ipsius operis descriptio in primis petenda est) plurali forma gaudet, *Τὰ ἑξαπλᾶ*, *Τὰ τετραπλᾶ*; apud recentiores autem aeque communis est singularis numerus, *Τὸ ἑξαπλοῦν*, *Τὸ τετραπλοῦν*. Cum vero sextuplex vel quadruplex S. Scripturae textus qui in eo comprehendatur, per *paginas* sive *columnas* (*σελίδας*) parallelas (quae dicuntur) legentium oculis subjiciatur, inde factum est quod aliud nomen, *Τὸ ἑξασέλιδον*, *Τὸ τετρασέλιδον*, operi Origeniano inditum sit.[1]

Praeter Hexapla proprie sic dicta, Origenem alia volumina sub *Tetraplorum* appellatione concinnasse inter veteres scriptores convenit. Haec autem quatuor versiones Graecas, Aquilae videlicet, Symmachi, LXX interpretum et Theodotionis, ordine quo nominavimus dispositas, complexa esse certum indubitatumque est. De Hexaplorum vero compositione paulo obscurior est quaestio. Generalior et (ut nostra fert sententia) longe probabilior opinio est, *Hexapla* ita nuncupata esse, quia praeter quatuor dictas versiones, duas alias columellas, quae textum Hebraeum literis Hebraicis et Graecis descriptum continerent, ceteris praepositas exhibebant. Ad hanc conclusionem (quae Salmasii,[2] Petavii,[3] Huetii,[4] Hodii,[5] Montefalconii,[6] aliorum assensionem nacta est) extra omnem dubitationem ponendam sufficere posse videatur Epiphanii

---

[1] Hexaplarium codicum in contradistinctionem, exemplaria quae unicam *τῶν* O′ editionem continebant *ἁπλᾶ* nominabantur, ut videre est in Hexaplis nostris ad 3 Reg. vii. 13. xii. 22. Hinc quoque versioni Syriacae vulgari nomen *Peschito* (ܦܫܝܛܐ, *ἁπλοῦς*) *πρὸς ἀντιδιαστολὴν* versionis Syro-hexaplaris inditum. [2] *De Hellenistica*, p. 159. [3] *Animadv. ad Epiphan.* p. 404. [4] *Origenianorum* Lib. III, Cap. II, § 4. [5] *De Bibliorum Textibus*, p. 595. [6] *Praeliminaria in Hex. Orig.* p. 8.

testimonium evidentissimum, dignum quod hic integrum exscribatur. *Ἐντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἑξαπλοῖς ἢ ὀκταπλοῖς· τετραπλᾶ γάρ εἰσι τὰ Ἑλληνικά, ὅταν αἱ τοῦ Ἀκύλα καὶ Συμμάχου καὶ τῶν οβ' καὶ Θεοδοτίωνος ἑρμηνεῖαι συντεταγμέναι ὦσι· τῶν τεσσάρων δὲ τούτων σελίδων ταῖς δυσὶ ταῖς Ἑβραϊκαῖς συναφθεισῶν ἑξαπλᾶ καλεῖται· ἐὰν δὲ καὶ ἡ πέμπτη καὶ ἡ ἕκτη ἑρμηνεία συναφθῶσιν, ἀκολούθως τούτοις ὀκταπλᾶ καλεῖται.*[7] Ex Epiphanio, ut conjicere licet, sua hausit Auctor Epistolae versioni Harethi Arabicae praepositae, qui de Origenis Octaplis haec habet: "Horum *primus* ordo continebat scripturam Hebraicam, sermone ac literis Hebraicis: *secundus* autem scripturam Graecam, sermonem vero plane Hebraicum instar praecedentis, ut ita Graece ea legerent, qui scripturam Hebraicam nequaquam callerent: *tertius* versionem Aquilae, cui signum *Alpha* Graecum, primum scilicet nominis ejus literam apposuit: *quartus* versionem Symmachi, quam apposita prima nominis ejus litera Σ notavit: *quintus* versionem LXXII, quam literis *Ain* et *Beth* numerum LXXII exprimentibus notavit: *sextus* versionem Theodotionis, quam litera Θ prima nominis ejus litera notavit: *septimus* interpretationem Hierichunte inventam, cujus auctoris nomen cum lateret, litera *He*, signo numeri quinarii eam notavit: *octavus* versionem Nicopoli inventam, cujus itidem auctor cum nomine notus non esset, Sexti notam ei indidit, quam litera *Vaw* ejus numeri indicio signavit."[8] Sed contra assurgit Valesius, qui ex loco Eusebii Hist. Eccles. VI, 16 aperte convinci affirmat, *Hexapla* dicta esse eo quod sex interpretationes Graecae in iis continerentur praeter Hebraicum textum Hebraicis et Graecis literis descriptum. Nam ut *Tetrapla* dicta sunt, quod quatuor versiones Graecas haberent, sic etiam *Hexapla* appellata esse, quod sex versiones, Aquilae videlicet, et Symmachi, et LXXII interpretum, et Theodotionis, Quintam denique et Sextam editionem complecterentur; Hebraicum autem textum, cum ipsum authenticum esset exemplar, in versiones non esse numerandum. Locus Eusebii sic sonat: *Ταύτας δὲ ἁπάσας* (versiones Graecas *sex*, in Psalmis autem *septem*) *ἐπὶ ταυτὸν συναγαγὼν, διελών τε πρὸς κῶλον* (h. e. *per cola*, seu *membra sensum integrum absolventia*), *καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως* (*textu*) *τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν.* Ubi tamen si sumatur (id quod negari non potest) Hexaplorum nomen improprie de totius operis corpore poni, cujus partes secundum numerum versionum ad quemque librum adhibitarum nunc Hexapla, nunc Octapla, in Psalmis vero, si Eusebio fides habenda est, etiam Enneapla, proprie nominari possint, nihil est in his verbis quod priori nostrae suppositioni repugnet. Majoris certe difficultatis est alter Epiphanii in Panario locus, ubi de Hexaplorum compositione haec habet: *Ὅθεν τὸ πρῶτον αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν τῶν ἓξ ἑρμηνειῶν, Ἀκύλα, Συμμάχου, τῶν τε οβ' καὶ Θεοδοτίωνος, πέμπτης τε καὶ ἕκτης ἐκδόσεως, μετὰ παραθέσεως ἑκάστης λέξεως Ἑβραϊκῆς, καὶ αὐτῶν ὁμοῦ τῶν στοιχείων, ἐκ παραλλήλου δὲ ἄντικρυς δευτέρᾳ σελίδι χρώμενος κατὰ σύνθεσιν. Ἑβραϊκῇ μὲν τῇ λέξει, Ἑλληνικῷ δὲ τῷ γράμματι, ἑτέραν πάλιν πεποίηκε σύνθεσιν, ὡς εἶναι μὲν ταῦτα καὶ καλεῖσθαι ἑξαπλᾶ ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑρμηνείας δύο ὁμοῦ παραθέσεις, Ἑβραϊκῆς φύσει μετὰ στοιχείων, καὶ Ἑβραϊκῆς δι' Ἑλληνικῶν στοιχείων, ὥστε εἶναι τὴν πᾶσαν παλαιὰν διαθήκην δι' ἑξαπλῶν καλουμένων, καὶ διὰ τῶν δύο Ἑβραϊκῶν ῥημάτων.*[9]

[7] Epiphan. De Mens. et Pond. 19 (Opp. T. II, p. 175).

[8] White (Rev. Joseph), *Letter to the Lord Bishop of London*, Oxford, 1779, pp. 12, 13.

[9] Epiphan. Haeres. LXIV, 3 (Opp. T. I, p. 526).

Locus obscurus, et fortasse corruptus, non modo priori ejus et clariori ejusdem rei expositioni repugnare, sed ne inter se quidem cohaerere videtur, siquidem idem Hexaplorum nomen nunc de sex tantum columnis Graecis, nunc de iisdem et duabus Hebraeis conjunctim ponitur. Sed ut manifestior evadat res, varias operis Origeniani formas nunc recensebimus.

1. *Tetraplorum* tum in scholiis tum apud scriptores ecclesiasticos frequens est mentio ; qui omnes summo consensu testantur, compositionem fuisse ab Hexaplis prorsus discretam, quatuor versiones Graecas ceteris notiores complectentem. Textus autem LXXviralis Jobi, Danielis et XII Prophetarum, prout in Tetraplorum columna tertia olim exstabat, in versione Syro-hexaplari adhuc exstante repraesentatur.

2. *Pentapla* semel tantum quod sciamus nominantur, videlicet in Codice Marchaliano ad Jesai. iii. 24, ubi scholium habetur : *Οἱ γ′ στίχοι οἱ ὑποκείμενοι οὐκ ἔκειντο ἐν τῷ πενταselίδῳ, οὐδὲ Ὠριγένης ἐξηγούμενος τούτων ἐμνήσθη.* Si vera est codicis scriptura, et non potius legendum *ἐν τῷ τετρασελίδῳ* (ut ad v. 25 Syro-hex. in marg. : *Οὐκ ἔκειτο ἐν τῷ τετρασελίδῳ*) per *quinque columnas* indicari non potest juxta Valesii hypothesin series Α. Σ. Ο′. Θ. Ε′, nam Quintae editionis in Jesaia nec vola nec vestigium ; sed potius Ἑβρ. Α. Σ. Ο′. Θ, ubi prima columna, ut videtur, textum Hebraeum Graecis characteribus descriptum continebat ; cujus rei exemplum habemus in Cod. Barb. ad Hos. xi. 1, ubi tamen non *πενταπλᾶ*, sed *ἑξαπλᾶ* memorantur.

3. *Hexaplorum* passim mentio fit, non solum in illis Bibliorum libris, in quibus Quintae et Sextae editionis nullum indicium est,[10] verum etiam in illis, in quibus quinque[11] aut sex[12] versiones Graecas ab Origene adhibitas esse exploratum est. In posteriore casu Hexaplorum titulum generaliori sensu usurpari sumendum est.

4. *Heptaplorum* nomen, Montefalconio et antecessoribus ejus inauditum, non reperitur nisi in versione Syro-hexaplari ad 4 Reg. xvi. 2, et in subscriptione in fine ejusdem libri, ubi diserte legitur : ܡܢ ܣܠܝܩܐ ܕܫܒܥ ܣܠܝ ܕܐܦܝܦܢܝ, h. e. *ex libro Heptaplorum sive Septem columnarum.* Haec autem *septima* columna qualis sit, ex ipsa versione libri 4 Regum Syro-hexaplari ostenditur, ubi praeter tres interpretes notiores lectiones Quintae editionis passim in margine allegantur. Quinetiam ad Cap. vi. 5 : Ε′. *οὐαί μοι κύριε*, appingitur scholium : *Τὸ κύριε τὸ ἐνταῦθα οὕτως φέρεται ἐν τῇ σελίδι τῇ* ΕΒΔΟΜΗΙ, *καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς· ἐν δὲ τῷ Ἑβραίῳ, ἀδωνί.* At enim si Valesio credendum, versio Sexta non *septimam*, sed *quintam* Hexaplorum columnam occupasse manifestum est.

5. Operis quod *Octaplorum* titulo insignitum est, mentio fit in libro Jobi juxta versionem Syro-hexaplarem,[13] necnon in scholiis Graecis ad librum Psalmorum,[14] in quibus notandum est Tetrapla et Octapla tantum poni, Hexaplis ne memoratis quidem (e. g. ad Psal. lxxxvii. 43 : *Ἐν τῷ τετρασελίδῳ οὕτως· ἐν δὲ τῷ ὀκτασελίδῳ, θλιβόντων αὐτῶν*) ; nimirum quia in Psalmis Hexapla et Octapla unum idemque opus.

---

[10] Vid. Hex. ad 2 Reg. xxiv. 9, 25. [11] Vid. Hex. ad 4 Reg. viii. 15. xi. 6. [12] Vid. Hex. ad Psal. cxliii. 1. cxlv. 1. Hos. i. 8. vi. 4. Joel. i. 17. Mich. v. 3. [13] Vid. Hex. ad Job. v. 23. vi. 28. [14] Vid. Hex. ad Psal. lxv. 1. lxxxvi. 5. lxxxviii. 43. cxxxi. 4. cxxxvi. 1.

6. Nomen *Enneaplorum* nusquam reperitur, ne in Psalmis quidem, ubi Septimae editionis vestigia rariora nec ea indubitata, apparent. Sed de hac quaestione alio loco.

Cum vero compertum sit, Origenem duo tantum opera, Tetrapla videlicet et Hexapla, contexisse, hic non abs re erit quaestionem, quae in hac parte disputationis nostrae moveatur, in examen vocare; videlicet utrum Tetrapla an Hexapla Auctor prius ediderit.

Eusebius in loco Hist. Eccles. supra laudato post verba, *τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν*, subjungit: *ἰδίως* (*seorsim*) *τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν* O′ *ἐν τοῖς τετραπλοῖς* ΕΠΙΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΣ. E quibus verbis necessaria, ut videtur, conclusio oritur, editionem tetraplarem *post* hexaplarem ab Auctore confectam esse; hanc enim vim habet vocabulum *ἐπικατασκευάζειν*, *insuper*, vel *postea concinnare*, cui contrarium est *προκατασκευάζειν*. Nemini vero incredibile aut absurdum videbitur, Origenem cum animadvertisset Hexaplorum volumina nimio sumptu ac labore indigere, Tetrapla, quorum usus facilior esset, demptis duabus Hebraeis editionibus, et Graecis minoris momenti versionibus, elaborasse; qui et hodiernis scriptoribus mos est, lucubrationes suas primum uberiores et completiores emittere, postea vero in compendium redigere. Haec Valesii est sententia, cui aliquatenus favere videntur subscriptiones in fine singulorum librorum a librariis additae; in quibus significatur, exemplare ex quo descriptus vel translatus est liber ex Hexaplis desumptum esse, e Tetraplis vero *correctum* (*διωρθώθη*), vel cum iis *collatum* (*ἀντεβλήθη*).[15] In contrariam partem advocari potest scholium ad Psal. lxxxvi. 5, in quo lectionem deteriorem *μήτηρ Σιὼν* in Tetraplis reperiri asseritur, potiorem vero *μὴ τῇ Σιὼν* in Octaplis; unde non absurde colligit Montefalconius, Tetraplorum lectionem mendosam Origenem postea in Hexaplis emendasse. Sed hujusmodi probationes non tam certae et exploratae sunt, ut ad disertissimam Eusebii declarationem evertendam valere possint. Proinde Montefalconius aliique qui majore opere minorem tempore priorem fuisse opinantur, in Eusebii loco aut deteriorem scripturam *ἐπισκευάσας* arripiunt, aut praepositionem in ΕΠΙ*κατασκευάσας* non adeo urgendam esse contendunt.

Montefalconius quidem ceteris audacior Tetrapla prius quam Hexapla edita fuisse exinde evincere studet, quod in illis textum LXXviralem communem *non correctum* posuerit Origenes; in his autem manum emendatricem primum ei adhibuerit; ad quam propositionem probandam praeter scholium ad Psal. lxxxvi. 5 modo allatum frequentissima (ut ait) Jobi loca e Tetraplis desumpta, quae vitiosas et praeposteras lectiones non emendatas continerent, appellat. Scilicet per siglum Δ^{π}. *γρ.* (h. e. *Διπλῆ γραφὴ*), quod in libris Graecis saepe occurrit, *Tetrapla* indicari sibi suasit Vir palaeographicus. Etiam Origenis scholium ad Gen. xlvii. 6 a Montefalconio ideo arcessitum, ut ostendat, restitutionem seriei Hebraeae a LXX interpretibus male transpositae *post* edita Tetrapla factam fuisse, si recte intelligatur, contrarium probat, videlicet in Tetraplis pariter ac in Hexaplis Hebraei archetypi ordinem ab Origene revocatum esse.[16] Sed quid in talibus moramur, cum in libris Jobi, Danielis et XII Pro-

[15] Vid. Hex. ad Jos. xxiv. 33, et Monitum ad Ezech. (T. II, p. 765).

[16] Graeca sunt: *Ἐπειδὴ ἐν τοῖς τετραπλοῖς πρὸς τὸν εἱρμὸν τὸν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκδόσεσι δείκνυται* KAI *ἡ τῶν* O′ *ἔν τισι τόποις μετατεθεῖσα κ.τ.ἑ.* Quae

phetarum ipse textus tetraplaris, *obelis et asteriscis distinctus*, et quantum sciamus, ad hexaplarem prorsus conformatus, in versione Pauli Telensis Syriaca oculis nostris subjiciatur?

Sed priusquam disputationi de variis Hexaplorum nominibus finem imponamus, ad faciliorem rei intelligentiam, antecessorum nostrorum vestigiis insistentes, Tetraplorum, Hexaplorum, Heptaplorum et Octaplorum (nam cetera nihil moramur) specimina quaedam hic exhibemus.

---

sic perverse interpretatus est Montef.: *Cum in Tetraplis* (h.e. *in nota ad marginem Tetraplorum posita* (*!*)) *ex* (*!!*) *serie Hebraei et ceterarum editionum ostensum est, textum τῶν ο′ aliquot in locis transpositum esse* etc.; quasi verba πρὸς τὸν εἱρμὸν ad δείκνυται, non (quae manifestissima loci constructio est) ad μετατεθεῖσα referenda sint.

SPECIMINA TETRAPLORUM, HEXAPLORUM,

I. TETRAPLA,

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	’ΑΚΥΛΑΣ.
καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο	*καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας καὶ ἑξήκοντα δύο*
ἐκκοπήσεται χριστὸς	*ἐξολοθρευθήσεται ἠλειμμένος·*
καὶ οὐχ ὑπάρξει αὐτῷ.	*καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ.*

II. HEXAPLA,

ΤΟ ‘ΕΒΡΑΪΚΟΝ.	ΤΟ ‘ΕΒΡΑΪΚΟΝ ‘ΕΛΛΗΝΙΚΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑΣΙ.	’Α.
וזאת שׁנית תעשׂו	*ουζωθ σηνιθ θεσου*	*καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιεῖτε*
כסות דמעה את־מזבח יהוה	*χεσσουθ δεμα εθμασβηη* ΠΠΙ	*ἐκαλύπτετε δακρύῳ τὸ θυσιαστήριον* (ΠΠΙ)
בבכי ואנקה	*βεχι ουανακα*	*κλαυθμῷ καὶ οἰμωγῇ*
מאין עוד פנות אל־המנחה	*μηην ωδ φεννωθ ελ αμμανα*	*ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι νεῦσαι πρὸς τὸ δῶρον*
ולקחת רצון מידכם	*ουλακεθ ρασων μειδηχεμ.*	*καὶ λαβεῖν εὐδοκίαν ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν.*

III. HEPTAPLA,

ΤΟ ‘ΕΒΡ.	ΤΟ ‘ΕΒΡ. ‘ΕΛΛΗΝ. ΓΡ.	’Α.	Σ.
בשׁדמות קדרון	*βεσαδημωθ κεδρων.*	*ἐν ἀρούραις Κέδρων.*	*ἐν τῇ φάραγγι Κέδρων.*

IV. OCTAPLA,

ΤΟ ‘ΕΒΡ.	ΤΟ ‘ΕΒΡ. ‘ΕΛΛΗΝ. ΓΡ.	’Α.	Σ.
מרחם משׁחר	*μηρεμ μεσσααρ*	*ἀπὸ μήτρας ἐξωρθρισμένης*	*...ὡς κατ’ ὄρθρον*
לך טל ילדתך	*λακταλ ιελεδεθεχ.*	*σοι δρόσος παιδιότητός σου.*	*σοι δρόσος ἡ νεότης σου.*

HEPTAPLORUM ET OCTAPLORUM.

DAN. ix. 26.

OI O′.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.
καὶ μετὰ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑξήκοντα δύο ἀποσταθήσεται χρῖσμα καὶ οὐκ ἔσται.	*καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.*

MAL. ii. 13.

Σ.	O′.	Θ.
καὶ ταῦτα δεύτερον ἐποιεῖτε καλύπτοντες ἐν δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον (ΠΠΠΙ) κλαίοντες καὶ οἰμώσσοντες ὑπὲρ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι νεύοντα πρὸς τὸ δῶρον καὶ δέξασθαι τὸ εὐδοκημένον ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν.	*καὶ ταῦτα ἃ ἐμίσουν ἐποιεῖτε ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον κυρίου καὶ κλαυθμῷ καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων· ἔτι ἄξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν.*	*καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιήσατε ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον (ΠΠΠΙ) κλαίοντες καὶ στένοντες ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι προσεγγίζοντα τὸ ὁλοκαύτωμα καὶ λαβεῖν τέλειον ἐκ χειρῶν ὑμῶν.*

4 REG. xxiii. 4.

O′.	Θ.	E′.
ἐν σαδημὼθ Κέδρων.	*ἐν τῇ φάραγγι Κέδρων.*	*ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ τοῦ χειμάρρου.*

PSAL. cix. 3.

O′.	Θ.	E′.	S′.
ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.	*ἐκ μήτρας ἀπὸ πρωΐ (σοι δρόσος) νεότητός σου.*	*ἐκ μήτρας ἀπὸ ὄρθρου σοι δρόσος ἡ νεότης σου.*	*ἐκ γαστρὸς ζητήσουσί σε, δρόσος νεανικότητος σου.*

CAPUT II.

De Aquilae editione.

I. Aquilae historia. II. Quonam tempore Aquila versionem suam ediderit. III. De Aquilae versionis scopo. IV. De Aquilae interpretis stylo. V. De duplici Aquilae versione.

I. *Aquilae historia.*

Aquila, natione Ponticus, religione gentilis, secundum Epiphanium Sinope oriundus, sub Aelio Hadriano imperatore (A.D. 117–138) cujus, teste eodem, *πενθερίδης*, sive *soceri filius* fuit, vixisse traditur, ab eoque urbi Hierosolymorum sub novo Aeliae nomine reficiendae praefectus est.[1] Idem narrat, Aquilam Hierosolymis commorantem, dum Apostolorum discipulos, nuper Pella reversos, fide et miraculis ab iis editis florentes animadverteret, animo compunctum, Christianam religionem amplexum fuisse, et interjecto quodam tempore novae professionis sigillum accepisse: mox autem propter astrologiae vanas artes, quas apprime callebat, post baptismum non relictas, sed studiosius quam ante excultas, a magistris suis primum objurgatum, deinde ab Ecclesia remotum fuisse; qua ignominia vehementer percitum, sine mora ad Judaismum transiisse, et, circumcisione admissa, *proselytum* (ut postea nuncupabatur[2]) factum esse; indeque qua naturaliter praeditus erat ingenii contentione totum se Hebraeis literis ediscendis tradidisse.[3]—Haec Epiphanius; quae cum summa haesitatione, quasi magna ex parte sive Judaeorum sive Christianorum otiosorum commenta, admittenda esse quivis videt. Et Judaeos quidem ea quae ad majorem Aquilae dignitatem spectant, quaeque a nativis eorum scriptoribus confirmari mox videbimus, fabulatos esse credibile est; Christianis vero, quibus magni intererat de fama interpretis sibi, ut putabant, infensissimi detrahere, narrationem de accessione ejus ad Ecclesiam et subsequenti ex ea expulsione imputandam esse, non longe a vero abhorrere videtur.

---

[1] Epiphan. De Mens. et Pond. 14 (Opp. T. II, p. 170): *Διανοεῖται οὖν ὁ Ἀδριανὸς τὴν πόλιν κτίσαι, οὐ μὴν τὸ ἱερόν. καὶ λαβὼν τὸν Ἀκύλαν τοῦτον τὸν προειρημένον ἑρμηνευτὴν, Ἕλληνα ὄντα καὶ αὐτοῦ πενθερίδην, ἀπὸ Σινώπης δὲ τῆς Πόντου ὁρμώμενον, καθίστησιν αὐτὸν ἐκεῖσε ἐπιστατεῖν τοῖς ἔργοις τῶν τῆς πόλεως κτισμάτων.* In Synopsi S.S. (S. Athanas. Opp. T. II, p. 155) et Chron. Pasch. p. 255 ed. Paris. non *πενθερίδης*, sed *πενθερὸς* imperatoris fuisse dicitur. [2] Iren. adv. Haeres. III, 24: *Aquilas proselytus.* Hieron. Opp. T. IV, p. 122: *Akibas quem magistrum Aquilae proselyti autumat.* Euseb. in Dem. Evang. p. 316: *Προσήλυτος δὲ ὁ Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος.* [3] Epiphan. ibid. p. 171: *Ὁ τοίνυν Ἀκύλας διάγων ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁρῶν τοὺς μαθητὰς τῶν ἀποστόλων ἀνθοῦντας τῇ πίστει καὶ σημεῖα μεγάλα ἐργαζομένους ἰάσεων καὶ ἄλλων θαυμάτων . . . κατανυγεὶς τὴν διάνοιαν τῷ Χριστιανισμῷ ἐπίστευσεν· αἰτήσας δὲ μετὰ χρόνον τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα ἐκομίσατο. ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης αὐτοῦ ἕξεως μὴ μεταθέμενος, τοῦ πιστεύειν δηλονότι τῇ ματαίᾳ ἀστρονομίᾳ, ἣν ἀκριβῶς ἐπεπαίδευτο . . . ἐλεγχόμενός τε ὑπὸ τῶν διδασκάλων καὶ ἐπιτιμώμενος ἕνεκα τούτου, μὴ διορθούμενος δὲ, ἀλλὰ καὶ φιλονείκως μᾶλλον ἀντιτιθέμενος . . . ἐξεώσθη πάλιν τῆς ἐκκλησίας ὡς ἄχρηστος πρὸς σωτηρίαν. πικρανθεὶς δὲ τὴν διάνοιαν ὡς ἠτιμωμένος, εἰς ζῆλον μάταιον αἴρεται· καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἀρνησάμενος καὶ τὴν αὐτοῦ ζωὴν προσηλυτεύει, καὶ περιτέμνεται Ἰουδαῖος· καὶ ἐπιπόνως φιλοτιμησάμενος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν μαθεῖν τὴν Ἑβραίων διάλεκτον καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα.*

Hic discutienda venit quaestio, num Aquila noster cum Akila quodam (עקילס, aliquando אקילס) a scriptoribus Judaeorum antiquissimis memorato idem sit. De Akila haec potissimum narrata sunt. Non natalibus Judaeus fuit, ut qui *proselytus* (גֵּר) nuncupatur. In Ponto servos habuisse traditur. *Legis*, hoc est, ut videtur, totius Codicis Sacri, Graecam versionem concinnavit, cujus specimina nonnulla, literis Hebraicis scripta, feruntur. *Coram* R. Eliesero et R. Josua, hoc est, assistentibus illis et opem ferentibus, vel secundum alios (quibuscum facit Hieronymus, de Aquila nostro scribens) coram R. Akiba vertisse perhibetur. Floruit Hadriano imperante, quocum etiam collocutus fuisse, immo, si serioribus fides habenda est, filius sororis ejus fuisse narratur. Quae omnia, praeter nominis convenientiam, si cum eis quae de interprete nostro traduntur contuleris, *per Akilam et Aquilam unum eundemque intelligendum esse* dubitari non potest. Si vero versionis Akilanae reliquiae a Judaeis scriptoribus conservatae cum Hexaplis Graecis conferantur, conclusio de identitate eorum non evertitur, sed paulo obscurior et incertior fit. Ut breviter dicamus, Akilae lectiones quae supersunt duodecim sunt. Ex his quatuor, Gen. xvii. 1 (in *Auctario*), Esth. i. 6 (in *Auctario*), Ezech. xvi. 10, et Dan. v. 5, bonae frugis sunt, et Aquilae interpreti recte tribuuntur. Alia, Prov. xxv. 11 in *Addendis* ad Prov., vera esse potest, sed non est indubitatae fidei. Duae, Jesai. iii. 20 (coll. *Addendis* ad Jesai.) et Ezech. xxiii. 43, a stylo Aquilae abhorrere videntur. Alia, Psal. xlviii. 15, valde obscura est, et, nisi Aquilae lectio aeque perplexa in margine versionis Syro-hex. exstitisset, plane rejectitia. Duabus, Lev. xix. 20 et Dan. viii. 13, non multum tribuimus. Postremo duae, Lev. xxiii. 40 et Prov. xviii. 21 in *Addendis*, omnino absurdae et ridiculae sunt.[4]

II. *Quonam tempore Aquila versionem suam ediderit.*

Interpres noster ad Judaeorum campum transfuga factus, et linguae eorum accuratam intelligentiam adeptus, quo tandem anno Sacri Codicis versionem suam ediderit, pro certo definiri nequit. Vixisse eum sub Adriano, consentiente veterum auctorum testimonio non est cur dubitemus; sed in temporibus ejus intra arctiores limites circumscribendis in difficultate haud mediocri versamur. Quae autem aliquid momenti habere videantur chronologicae rationes, hae fere sunt.

1. Floruit juxta Epiphanium anno Hadriani XII (A.D. 128 vel 129), annis post LXX interpretes CCCCXXX; fortasse quia eo ipso anno Hadrianum urbem Hierosolymam instaurare coepisse historici tradunt.[5] Epiphanio, ut videtur, praeeunte, Auctor Epistolae versioni Arabicae Harethi praemissae affirmat, Aquilae Sinopensis Pontici versionem interpretatione

[4] Conclusio nostra de aestimatione lectionum Akilinarum non est valde dissimilis ei quam promulgavit Rud. Anger in libello cui titulus: *De Onkelo Chaldaico, quem ferunt, Pentateuchi Paraphraste, et quid ei rationis intercedat cum Akila, Graeco V. T. Interprete*, Partic. I, pp. 28–30.

[5] Epiphan. De Mens. et Pond. 13 (Opp. T. II, p. 169): *Ἀδριανὸς ἔτη κα', οὗτινος τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Ἀκύλας ἐγνωρίζετο ... ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς ἑρμηνείας τῶν οβ' ἑρμηνευτῶν ἕως Ἀκύλα τοῦ ἑρμηνευτοῦ, ἤγουν ἕως δωδεκάτου ἔτους Ἀδριανοῦ, ἔτη υλ' καὶ μῆνας δ'.*

τῶν οβ′ annis CCCCXXX posteriorem fuisse; illam autem ante adventum Christi plusquam C [fort. CCC] annis concinnatam esse.[6]

2. Alia temporis nota ex Rabbinorum traditione peti potest, eorum scilicet qui Aquilam R. Akibae, qui doctoris officium ab A.D. 95 ad A.D. 135 exercuisse traditur, discipulum fuisse autumant.

3. Aquilam versionem suam edidisse antequam Dialogum cum Tryphone Judaeo scripsisset Justinus Martyr (qui mortuus est circa A.D. 165) Criticorum non paucorum opinio est.[7] Justini verba sunt: Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τολμᾶτε λέγειν μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἡσαίου· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. Rursus: (Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο·) ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν· ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ τὰ ἑξῆς λοιπὰ ὡς ἔφης· ἔστι δὲ ἡ πᾶσα προφητεία λελεγμένη εἰς Ἐζεκίαν. Et mox: Περὶ τῆς λέξεως τῆς, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀντείπατε, λέγοντες εἰρῆσθαι· ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται.[8] Allusio est ad versionem quandam anonymam a Judaeis doctoribus prae LXXvirali commendatam; quae tamen non nisi in voce *νεᾶνις* (quam pro *παρθένος* tres interpretes posuisse exploratum est) cum ea quae Aquilae in Hexaplis tribuitur, *ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει, καὶ τίκτει υἱὸν*, consentit. Quam quidem discrepantiam nonnemo quasi rem conficientem praedicat, exinde certe colligens, citationem ex Aquilae versione fieri non potuisse.[9] Sed Justinum, ut in talibus fit, de sola voce *νεᾶνις* sollicitum, reliquum Aquilae contextum, quasi ad disputationem suam nihil conferentem, praeteriisse, non est quod miremur. Quid quod Irenaeus, ut mox videbimus, in pari argumento, dum Symmachi et Theodotionis verba citare profitetur, excepta voce *νεᾶνις*, in qua summa disputationis versabatur, versionem LXXviralem sibi et lectoribus suis unice familiarem ponit? Sed ut ad Justinum redeamus: eum hoc loco Aquilae versionem respicere potuisse, non quidem negamus, sed illud pro argumento ad aliam rem probandam tuto usurpari posse non concedimus. Immo longe verisimilius nobis videtur, Justinum non Graecam Bibliorum versionem quamlibet in mente habuisse, sed tantummodo doctorum Judaeorum in Christianorum invidiam scitum, videlicet tum hic tum aliis locis LXX interpretes a vero Sacri Codicis sensu aberrasse. Reapse non *interpretes* eorum qualescunque, sed *ipsos et doctores eorum* (*ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν*) Noster in crimen vocat.

4. Ad Aquilae aetatem definiendam plus confert locus S. Irenaei adv. Haeres. III, 24: Οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τῶν νῦν μεθερμηνεύειν τολμώντων τὴν γραφήν· ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, ὡς Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν ὁ Ἐφέσιος, καὶ Ἀκύλας ὁ Ποντικός. Hinc concludi potest, non quidem Aquilam et Theodotionem inter aequales Irenaei recensendos esse, quae nonnullorum Criticorum, particulam *νῦν* nimis urgentium, opinio fuit,[10] sed tantummodo duos interpretes ante libros ejus contra Haereses scriptos, hoc est, ut ipse testatur, ante pontificatum Eleutheri (A.D. 177–192) floruisse.

---

[6] White (Rev. Joseph) *Letter to the Lord Bishop of London*, p. 11. [7] E.g. Hodius *De Bibliorum Textibus*, p. 576; Montefalconius in *Praeliminaribus*, p. 47; e recentioribus autem De Wette in *Einleitung in d. A. T.* § 40. [8] Justin. M. in Dial. c. Tryphone, pp. 139, 163, 169, ed. Maran. [9] Vid. C. A. Credner in *Beiträge zur Einleitung in d. bibl. Schriften*, T. II, p. 198. [10] Vid. Rud. Anger *De Onkelo* etc. Partic. I, p. 9.

III. *De Aquilae versionis scopo.*

Aquilam, propter illatam sibi ab Ecclesiae praefectis contumeliam, in fidei Christianae invidiam et Judaismi patrocinium versionem suam concinnasse, generalis est scriptorum ecclesiasticorum sententia. Epiphanius affirmat eum ad interpretandum se contulisse, *οὐκ ὀρθῷ λογισμῷ χρησάμενος, ἀλλ' ὅπως διαστρέψῃ τινὰ τῶν ῥητῶν, ἐνσκήψας τῇ τῶν οβ' ἑρμηνείᾳ, ἵνα τὰ περὶ Χριστοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς μεμαρτυρημένα ἄλλως ἐκδώσει.*[11] Ab Hieronymo appellatur *Judaeus.*[12] Eum *Judaicam mentem habuisse* testatur Bar Hebraeus.[13] Theodoretus *κακουργίαν* ejus in vertendo אֵל גִּבּוֹר per *ἰσχυρὸς δυνατὸς* reprehendit.[14] Certum est quavis de causa versionem ejus solam ex Graecis, ne LXXvirali quidem excepta, a scriptoribus Talmudicis laudari. Sed fatendum est, probationes quae ad hanc malae fidei accusationem tuendam proferuntur, et per se leviores esse, et contrariis argumentis validissimis impugnari posse. Origenes versionem ejus a Judaeis non Hebraizantibus ceteris praeponi affirmat, non ut partibus eorum faventem, sed ut diligentissime factam, et S. Scripturae sensum accuratissime exponentem.[15] Etiam Hieronymus, qui alicubi Aquilam quasi Christianae religioni infensum carpere videtur, in Epistola XXXII ad Marcellam egregium de sinceritate ejus testimonium dedit. Sic enim ille, quod paucis scripserat, se excusat: "Jampridem cum voluminibus Hebraeorum editionem Aquilae confero, ne quid forsitan propter odium Christi synagoga mutaverit; et, ut amicae menti fatear, quae ad nostram fidem pertineant roborandam plura reperio."[16] Sed operae pretium erit, loca quae Aquila ob Christianismi odium in alium sensum detorsisse putabatur, singulatim expendere.

1. Gen. ii. 18. Aquilae versio est: *ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν ὡς κατέναντι αὐτοῦ*; ubi illud *κατέναντι αὐτοῦ* carpit Anastasius Sinaita, quasi Deus homini mulierem non pro adjutore, sed pro adversario et inimico dedisset. Sed locutio, *ὡς κατέναντι αὐτοῦ*, non est nisi versio literalis Hebraei כְּנֶגְדּוֹ; ne dicamus eam ab Anastasio reprehendi, non quasi Christianae doctrinae, sed ipsi quoque Judaismo repugnantem, et meram *Ἑλληνόφρονος δυσσεβοῦς* blasphemiam.[17]

2. Psal. ii. 2. Pro *κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ* Aquila interpretatus est *κατὰ τοῦ ἠλειμμένου αὐτοῦ*, propterea a Philastrio Brixiensi[18] in crimen vocatus. Sed interpres noster non modo hic et Dan. ix. 26, ubi de Christo sive Messia, sed aliis locis ubi de *unctis* personis in universum sermo est, *ἠλειμμένος* pro מָשִׁיחַ, ut et *ἤλειψε* pro מָשַׁח, et *ἄλειμμα* pro מִשְׁחָה (Lev. xxi. 12) posuit.[19] Cum vero *χριστὸς* et *ἠλειμμένος* idem prorsus significent, si quis putet eum a priore epitheto, quasi Christianae nomenclaturae proprio, dedita opera abstinuisse, non valde repugnabimus.[20]

---

[11] Epiphan. De Mens. et Pond. 15 (Opp. T. II, p. 171). [12] Praef. ad Dan. (Opp. T. V, p. 621). Cf. Hex. nostra ad Habac. iii. 13. [13] Vid. Hex. ad Psal. xxvi. 6, not. 23. [14] Theodoret. Opp. T. II, p. 235. [15] Origen. Opp. T. I, p. 14: *(Ἀκύλας) φιλοτιμότερον πεπιστευμένος παρὰ Ἰουδαίοις ἑρμηνευκέναι τὴν γραφήν· ᾧ μάλιστα εἰώθασιν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν Ἑβραίων διάλεκτον χρῆσθαι, ὡς πάντων μᾶλλον ἐπιτετευγμένῳ.* [16] Hieron. Opp. T. I, p. 252. [17] Vid. Hex. ad Gen. ii. 18. [18] De Haeresibus XC. [19] Vid. Hex. ad 1 Reg. ii. 35. Psal. lxxxviii. 52 (ubi Montef. Aquilae parum probabiliter tribuit *τοῦ χριστοῦ σου*). Singulare exemplum, ut videtur, est Hab. iii. 13, ubi et Eusebius et Hieronymus Aquilae vindicant *σὺν χριστῷ σου.* [20] Cf. P. Wesseling. *Observ. Var.* p. 74.

3. Bar Hebraeus, ut supra, Aquilam et Symmachum carpit, quia pro *θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ*, quae lectio est Comp., Ald., et librorum plurimorum, vel *θυσίαν αἰνέσεως*, ut Syro-hex. habet, *θυσίας* tantum, non addito *αἰνέσεως*, transtulit. Sed in Hebraeo legitur זִבְחֵי תְרוּעָה, h.e. *θυσίας ἀλαλαγμοῦ*, ut recte interpretatus est Aquila.

4. Psal. xc. 9. Eusebius in Commentario Aquilam et Symmachum hunc locum *Ἰουδαϊκώτερον* cepisse affirmat; dum ille *ὕψιστον ἔθηκας οἰκητήριόν σου*, hic autem *ὑψίστην ἔθου τὴν οἴκησίν σου* vertit. Scilicet ipse Commentator *κύριε* in priore clausula de Filio, *ὕψιστον* autem in posteriore de Deo Summo, quem pro refugio suo habuerit Filius, Arianismo favens prave intelligebat.

5. Jesai. xlix. 5: וְיִשְׂרָאֵל לֹא יֵאָסֵף. Aquila interpretatus est: *et Israel ei congregabitur.* Hoc *fortissimum contra Judaeorum perfidiam testimonium* Hieronymus non miratur Aquilam in plane contrarium sensum detorsisse, *aut imperitiam simulantem, aut Pharisaeorum perversa expositione deceptum.*[21] Sed pro לֹא in K'ri est לוֹ, quam tritissimam lectionis varietatem Aquilam secutum esse, non est quod imperitiae, nedum malae fidei ejus imputetur.

6. Jesai. ix. 5: אֵל גִּבּוֹר. Theodoretus ad loc.: *Εἶτα τῶν ὀνομάτων τὸ μεῖζον, θεὸς ἰσχυρός· τοῦτο δὲ κακουργήσαντες οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν, ἰσχυρὸς δυνατὸς, ἡρμήνευσαν.* Hanc quidem culpam, si culpa est, cum Aquila communem habent Symmachus et Theodotio; versio autem LXXviralis (non eam dico quam a Luciano interpolatam secutus est Theodoretus) prorsus absona est. Sed revera Aquilae usus tam constans est, ut si hoc loco in translatione Hebraei אֵל *θεὸς*, non *ἰσχυρὸς*, posuisset, in suspicionem fraudis potius incidisset.

7. Jesai. vii. 14. Pro עַלְמָה LXX interpretes *παρθένος*, Aquilam vero ad invidiam Christianae religioni conflandam *νεᾶνις* posuisse, inde a Justino Martyre et Irenaeo non absurda est nostri interpretis criminatio; praesertim cum in loco Gen. xxiv. 43 virgo (הָעַלְמָה) Rebecca non *ἡ νεᾶνις*, sed *ἡ ἀπόκρυφος*, h. e. *puella quae a viris abscondita est*, ab eo nuncupetur. Inde suspicio oriatur, Aquilam in hoc insigni vaticinio juxta mentem Judaicam transferendo vocem ambiguam *νεᾶνις* consulto usurpasse: *ambiguam* dico, quia idem interpres in Deut. xxii. 28 *νεᾶνις* pro בְּתוּלָה posuit.[22]

Conclusio disputationis haec est. Aquilae Judaeo utriusque linguae doctissimo nil propositum fuisse videtur, nisi ut Codicem Sacrum, a prioribus interpretibus minus diligenter, ne dicamus negligentissime et ineptissime versum, summa fide et accuratione, verbum de verbo exprimens, lectoribus traderet; in quo opere exsequendo *κακοζηλίας* quidem et pravae sedulitatis culpam non evasit; *κακουργίας* vero et perversionis consultae non satis certa adsunt indicia.

[21] Hieron. Opp. T. IV, p. 564.

[22] Etiam in praesentibus *συλλαμβάνει* et *τίκτει* pro futuris, necnon in verbo composito ΣΥΛλαμβάνειν, quod notionem quandam naturalis *συνουσίας* in se continere videatur, interpretationis antichristianae indicia parum probabiliter odoratus est Crednerus in *Beiträge* etc. T. II, p. 199. Nam et verba praesentia Hebraeis הָרָה וְיֹלֶדֶת studiose accommodata sunt, et locutio *συλλαμβάνειν ἐν γαστρὶ* ea ipsa est quam de partu virgineo posuit Lucas Cap. i. v. 31.

IV. *De Aquilae interpretis stylo.*

De stylo, sive proprio vertendi genere, quo usus sit Aquila, ad summam inter omnes convenit; nempe eum in primis *literalem* esse, et sermonem Hebraicum potius quam Graecum referre; utrum vero haec res laudi ejus an vituperationi imputanda sit, disputatur. Inter veteres scriptores ab Origene commendatur, ut *ὁ κυριώτατα ἑρμηνεύειν φιλοτιμούμενος Ἀκύλας*;[23] ab Hieronymo autem, ut *diligens et curiosus interpres;* ut *eruditissimus linguae Graecae, et verbum de verbo exprimens;* quique *non contentiosius, ut quidam putant, sed studiosius, verbum interpretatur ad verbum.*[24] In contrariam partem ab Origene culpatur, quasi *δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει*;[25] Hieronymus autem, ubi de optimo genere interpretandi consulto agit, *Aquilam proselytum et contentiosum interpretem, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus sit, jure projici a nobis* affirmat.[26] Idem vero alio loco cum de interpretando in genere verissime praecipit, *non debere interpretem sic verbum de verbo exprimere, ut dum syllabas sequitur, perdat intelligentiam,*[27] quis non videt hanc insimulationem in Aquilam nostrum in primis cadere, qui dum in singulis vocibus particulisque reddendis totus occupatur, nullam neque orationis sensus, neque linguae Graecae proprietatis, rationem habere videtur? His concessis, quid ad scientiam biblicam promovendam conferat Noster, quid non, facile percipitur. Quod ad rem lexicographicam et etymologicam attinet, testis gravissimus est, et ceteris fere omnibus anteponendus. Praeterea ad quaestionem de Hebraei textus hodierni integritate dirimendam, Aquilae versio quanto in syllabis apicibusque numerandis curiosior sit, tanto majorem auctoritatem habere manifestum est. Quod vero ad rem hermeneuticam spectat, S. Scripturae loca obscuriora et perplexiora indagantibus Noster vix ullam utilitatem praestat. Haec de generali istius versionis indole; quam si quis non ex singulis verbis aut periodis, sed e longiore pericopa aestimare studuerit, eum ad Hexapla nostra in 3 Reg. xiv. 1–20 remittimus. Alia styli ejus specimina, sed breviora, sunt 3 Reg. xxii. 47–50, et Jerem. x. 6–10 in *Auctario.* Nunc ad minutiores ejus proprietates attendamus.

1. Voces Hebraicas ut plurimum iisdem vocibus Graecis, nulla habita seriei ratione, exprimere studet. Cum igitur vox קֶרֶב proprie *corporis partem interiorem,* Graece *ἔγκατον,* sonet, etiam in locutionibus בְּקֶרֶב, *in medio, intra,* מִקֶּרֶב, *e medio, ex,* eandem vocem Graecam retinet. E. g. Gen. xviii. 12: *Risit Sarai* בְּקִרְבָּהּ. O′. *ἐν ἑαυτῇ.* ʼA. *ἐν ἐγκάτῳ αὐτῆς.* Deut. iv. 3: *Jova perdidit eos* מִקִּרְבֶּךָ. O′. *ἐξ ὑμῶν.* ʼA. *ἀπὸ ἐγκάτων σου.*

2. Idiomata Hebraea, posthabitis Graecis, studiose sectatur. E. g. Gen. v. 5: *Et vixit Adamus* תְּשַׁע מֵאוֹת שָׁנָה וּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה, h. e. juxta LXX, *τριάκοντα καὶ ἐννακόσια ἔτη;* pro quibus Aquila soloece posuit, *ἐννακόσια ἔτος καὶ τριάκοντα ἔτος,* etiam ab Epiphanio[28] hoc nomine merito

---

[23] Origen. Opp. T. II, p. 23. T. IV, p. 564. T. I, p. 167. [24] Hieron. Opp. T. VI, p. 25. [25] Origen. Opp. T. I, p. 14. [26] Hieron. Opp. T. I, p. 316. [27] Hieron. Opp. T. I, p. 653. [28] De Mens. et Pond. 2 (Opp. T. II, p. 159).

reprehensus. Pro λέγων in narrando Aquila frequentat τῷ λέγειν ad instar Hebraei לֵאמֹר. Constructiones verborum Hebraeas (e.g. φοβηθῆναι ἀπό τινος, ἐπιτιμῆσαι ἔν τινι, ἀπορρῖψαι ἐν κακῷ, ἐκλέξασθαι ἐν ἀγαθῷ, etc.) fideliter servat. Etiam syntaxin abnormem הַפְּצִירָה פִּים (1 Reg. xiii. 21) pro ea quam unice probant grammaticorum filii, פְּצִירַת הַפִּים, superstitiose imitatus est interpres noster, vertendo, non ἡ προσβόλωσις τῶν στομάτων, sed ἡ προσβόλωσις στόματα (sic). Huc denique pertinet usus ridiculus praepositionis σὺν *cum accusativo*[29] pro Hebraeo אֵת, propter quem ab Hieronymo passim exagitatus est; e.g. in Epistola LVII ad Pammachium, 11: "Aut quia Hebraei non solum habent ἄρθρα, sed et πρόαρθρα, ille κακοζήλως et syllabas interpretatur, et literas; dicitque σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν, quod Graeca et Latina lingua non recipit."

3. Ad singulas voces Hebraicas curiosius et magis ἐτυμολογικῶς transferendas, formas verborum novas et monstro similes e re nata effingit. Etiam in hoc genere pravam ejus sedulitatem lepide tangit Hieronymus l.c.: "Quis enim pro *frumento* et *vino* et *oleo* possit vel legere vel intelligere χεῦμα, ὀπωρισμὸν, στιλπνότητα; quod nos possumus dicere, *fusionem*, *pomationem*que et *splendentiam*?"[30] Ex innumeris talium formarum exemplis pauca sufficiant. Psal. xxi. 13: *Fortes Basan* כִּתְּרוּנִי, Graece περιεκύκλωσάν με; juxta Aquilam vero διεδηματίσαντό με, vocabulo Graecitati ignoto e nomine פְּתָר, διάδημα, extuso.[31] Ex ὀστέον (עֶצֶם) Aquila excogitavit formas non Graecas ὀστεοῦν (pro עִצֵּם, *ossa arrodere*), ὀστέϊνος s. ὀστόϊνος (pro עָצוּם, *fortis*), ὀστέωσις (pro עָצְמָה, *fortitudo*). Ex ἐπιστήμων (מַשְׂכִּיל) duplicem barbarismum, ἐπιστημονίζειν et ἐπιστημονοῦν (pro הִשְׂכִּיל) effinxit. Ab ἐκλεκτὸν (quod ei sonat בַּר, *frumentum*) monstrum vocabuli ἐκλεκτώθητε (pro הִבָּרוּ, *purgate vos*, Jesai. lii. 11) derivavit. Ejusdem generis sunt τενοντοῦν (pro עָרַף, *cervices fregit*) a τενὼν (עֹרֶף, *cervix*); παλαιστοῦν (pro טִפַּח, *palmis gestavit*) a παλαιστής (טֶפַח, *palmus*); θυρεοῦν (pro גָּנַן, *protexit*) a θυρεὸν (מָגֵן, *clypeus*); χερμαδίζειν (pro רָגַם, *lapidavit*) a χερμὰς, *lapis*; ἀφημένον (pro נָגוּעַ, *leprosum*) ab ἀφή (נֶגַע, *lepra*); πρασιάζεσθαι et πρασιοῦσθαι (pro עָרַג) a πρασιά (עֲרוּגָה, *areola*).

4. Nec voces tantum et idiotismos, verum etiam syllabas et literas in vertendo exprimere sibi proposuit hic interpres. Huc referendus est usus enclitici δε pro ה locali Hebraeorum, cujus specimen unum et alterum olim edidimus;[32] nunc autem copiam exemplorum ex omni versionis Aquilinae parte ad manum habemus. Talia sunt οἰκόνδε (בֵּיְתָה) Gen. xii. 9. xliii. 24. Exod. xxviii. 26. Psal. lxvii. 7; νότονδε (הַנֶּגְבָּה) Gen. xii. 9; Ὠφείρδε (אוֹפִירָה) 3 Reg. xxii. 49; Κυρήνηνδε (קִירָה) 4 Reg. xvi. 9; λεωπετρίανδε (צְחִיחָה) Psal. lxvii. 7; etiam ἀρχῆθένδε (קֶדְמָה) Ezech. viii. 16. Aquilae curiosae infelicitatis sunt locutiones ἀπὸ ἀρχῆθεν (מִקֶּדֶם) Gen. ii. 8; εἰς ἀπὸ μακρόθεν (לְמֵרָחוֹק) et εἰς ἀπὸ ἡμερῶν (לְמִימֵי) 4 Reg. xix. 25; etiam ἀπέννοια (מְזִמָּה) Psal. cxxxviii. 20.

5. Hic non praetermittendus est Aquilae usus, quo voces Hebraicas quasi in duas partes

[29] Pro accusativo hic illic sive ex scrupulo interpretis, sive ex errore scribarum, dativus reperitur; e.g. Lev. viii. 10. Jesai. xxxix. 2. xli. 7; sed σὺν σκώληκος (Exod. viii. 25) non concoquimus. Porro huic interpreti tribuenda videtur σὺν ὅτι pro אֵת אֲשֶׁר Jerem. xxxviii. 9. [30] Cf. Hex. ad Deut. vii. 13. Hos. ii. 22. [31] Formam verborum barbaram in -ματίζειν Nostro valde in deliciis fuisse constat. Talia sunt ἀγνοηματίζειν, βηματίζειν, βρωματίζειν, γεννηματίζειν, διαβηματίζειν, ὁραματίζεσθαι, πτωματίζειν, στερεωματίζειν. [32] Vide nos in *Otio Norvic.* p. 2.

dissecat, et in par vocum Graecarum transfert. Sic Hebraeum מְכֻתָּם ei sonat *ταπεινὸς τέλειος* (Psal. lvi. 1), vel *ταπεινόφρων καὶ ἁπλοῦς* (Psal. xv. 1). Pro צְלְצַל, *stridor* (Jesai. xviii. 1) Aquila inscite posuit *σκιὰ σκιά*; pro יְפֵהפִיָּה (Jerem. xlvi. 20) *καλὴ καὶ κεκαλλιωμένη*; pro בָּאַרְגַּז (1 Reg. vi. 8) *ἐν ὕφει κουρᾶς*, quasi ex אָרַג et גַּז; pro אָשְׁתּוֹנֵן (Psal. lxxii. 21) *πῦρ καπνιζόμενον*, h. e. אֵשׁ תּוֹנֵן; pro לְשִׁמְצָה, *in ludibrium* (Exod. xxxii. 25) *εἰς ὄνομα ῥύπου*, h. e. לְשֵׁם צֵאָה; pro פְּתִיגִיל, *fascia pectoralis* (Jesai. iii. 24) *cingulum exsultationis;* pro הַתְּחִתִּים, *terrores* (Eccles. xii. 5) *τρόμῳ τρομήσουσιν*. Ut finem faciamus, vocem vexatissimam עֲזָאזֵל (Lev. xvi. 8) in duas resolverunt et Aquila et Symmachus; quorum ille dupliciter, *τράγος* (עֵז) *ἀπολυόμενος*, et *κεκραταιωμένος* (עַז) *καὶ ἀπερχόμενος*; hic autem *τράγος ἀφιέμενος* interpretatus est.

6. Aliud et minus notum est Aquilae artificium, quo voces Hebraeas sub Graeco quodam involucro in versionem suam inducit. Non hic dicimus usum LXX senioribus et reliquis interpretibus familiarem, literas Hebraicas cum Graecis ejusdem soni simpliciter commutandi;[33] sed ita commutandi ut voci peregrinae quasi Graecam faciem induat. Exempla simplicissima sunt *λῖς* pro לַיִשׁ (Job. iv. 11); *αὐλὼν* pro אֵלוֹן, *quercus* (Deut. xi. 30); *μῶμος* pro מוּם, quod tritissimum est. Exquisitioris generis sunt *τρισκελὶς* pro שְׁלֹשׁ קְלָשׁוֹן (1 Reg. xiii. 21); *καρχαρούμενον* pro מְכַרְכֵּר (2 Reg. vi. 16); *θεραπεία* (si Theodoreto fides habenda est) pro תְּרָפִים (1 Reg. xv. 23); *ὕδωρ* (nisi merum Rabbinorum commentum sit) pro הָדָר (Lev. xxiii. 40); *ἐν μαγώζοις* pro בְּגַזְנֵי (Ezech. xxvii. 24). Sed *κάστυ* pro קֶסֶת (Ezech. ix. 2), et *κικεὼν* pro קִיקָיוֹן (Jon. iv. 6) forma tantum Graeca sensu destituta fruuntur.

Ne tamen putet aliquis, Aquilam dum barbara et exotica sectatur, a puriore Graecitate omnino abhorrere, non desunt argumenta, quibus eum probae linguae et optimorum scriptorum haud ignarum fuisse ostenditur.

1. Ad elegantias Graeci sermonis pertinet forma nominis in *-εὼν*, quam in suos usus ingeniose convertit interpres noster; e. g. *πρινεὼν* Gen. xiv. 3; *παπυρεὼν* Exod. ii. 3; *μυρσινεὼν* Zach. i. 8. Sed *συχνεὼν* (pro סַבְּכִי) Gen. xxii. 13 nescio quid peregrini olet.

2. Nemo, ni fallimur, ante nos observavit, Aquilam Homeri imitatorem esse. Praeter usum enclitici *δε*, quem modo tetigimus, ad poetarum principis imitationem referendae esse videntur voces et formae quas nunc recensebimus: *λῖς* (non sine respectu ad Hebraeum לַיִשׁ) Job. iv. 11; *νῆες* (pro *ναῦς*) Psal. xlvii. 8. 3 Reg. xxii. 49; *λειαίνων* (pro *λεαίνων*) Prov. xxix. 5. Jesai. xli. 7; *ἐπιστρωφῶν* (pro *ἐπιστρέφων*) Jesai. lviii. 12 (ubi nescio an formam Poel מְשׁוֹבֵב exprimere studuerit Noster); *ἀϋτὴ* (si recte pinximus scripturam Cod. 88) Jerem. xlviii. 4; *γάνωσις*, *γεγανωμένος* Amos vii. 7; *χερμὰς* s. *χερμάδιον* Job. xxxviii. 38; *θέναρον* (Homero *θέναρ*) Prov.

[33] Hic usus LXX Senioribus et Theodotioni potius quam Aquilae proprius est, sed neque ab hoc omnino alienus. E. g. *ἀγοὺρ* Jesai. xxxviii. 14; *ἀδαμὰ* Ezech. xx. 38; *ἀλὼθ* Psal. xliv. 9; *ἁρμωνεὶμ* Ezech. xxxi. 8; *ἀσὶρ* Jerem. v. 26; *βερατεὶμ* Cant. Cant. vii. 5; *βωρὶθ* Mal. iii. 2; *ἠδὰδ* Jerem. xxv. 30; *ἠφὰ* Deut. xxv. 14; *θαδαὰρ καὶ θαασοὺρ* Jesai. xli. 19; *θαιμὰν* Exod. xxxvi. 23; *θαῦ* Ezech. ix. 4; (*σὺν τοὺς*) *ἰμεὶμ* Gen. xxxvi. 24; *κέχχαρ* (*ἄρτου*) Jerem. xxxvii. 21: *κωλὲθ* (s. *κωελὲθ*) Eccles. i. 1; *λιλὶθ* Jesai. xxxiv. 14; *μαζοὺρ* Job. xxxvii. 9; *μαμζὴρ* Deut. xxiii. 2; *μεινεὶ* Jesai. lxv. 11; *μεσσαὲ* 4 Reg. xi. 6; *ῥαφαεὶμ* Job. xxvi. 5; *ῥιμεὶμ* Jesai. xxxiv. 7; *σασαὶμ καὶ σεφὼθ* Jesai. xxii. 24; *σεμμαθὲχ* Jesai. xlvii. 2; *σεττὶμ* Deut. x. 3; *σιεὶμ μετὰ ἰεὶμ* Jerem. l. 39; *σινὼχ* Jerem. xxix. 26; *σωρὴκ* Jerem. ii. 21; *χισιλεὲμ* Jesai. xiii. 10.

xxx. 4; forma *ἐκκαήσεται* (pro vulgari *ἐκκαυθήσεται*) Jerem. xlvi. 19. Etiam Herodoti, historiae patris, vestigia hic illic apud Nostrum deprehendisse nobis videmur. Hujusmodi sunt *περιφλευσμὸς*, *febris ardens*, Deut. xxviii. 22 (coll. Herod. V, 77), et *καταπηκτὴ* (vel, si mavis, *καταπακτὴ*), *ostium depactum*, Jerem. xxix. 26 (coll. Herod. V, 161).

3. Ad eruditionem Aquilae philologicam pertinere videtur mos ejus, in vocibus Hebraeis minus usitatis vertendis, ad cognatas dialectos, Chaldaeam nempe et Syriacam, confugiendi. E. g. in Psal. xxi. 17 vocabulum Hebraeum vexatissimum כָּאֲרִי vel כָּאֲרוּ in *ἤσχυναν*, ad normam Syriaci ܟܐܪܘ, *pudefecit*, transtulit. In Amos vii. 14 pro בּוֹלֵס, *vellicans*, collato Chaldaeo בְּלַשׁ, *scrutatus est*, Aquila *ἐρευνῶν* posuit. In Hab. i. 10 pro יִתְקַלָּס, *irridebit*, ex Chaldaico et Syriaco *celebrabitur* habet. Pro בָּחַל, *fastidivit*, Zach. xi. 8 Noster *ἐπέρκασεν* ex Chaldaico ejusdem vocis usu mutuatus est. Locutio ejus, *σπίλωμα* (*Ὠφείρ*) Jesai. xiii. 12 pro Hebraeo כֶּתֶם revocat N. T. locos Jac. iii. 6. Jud. 23, ubi pro *ἐσπίλωσε* uterque interpres Syrus ܣܦܩ exhibet. Alia hujus usus exempla dabunt Hexapla nostra ad Exod. xiii. 16. 1 Reg. xxviii. 9. 2 Reg. i. 19. 3 Reg. vi. 17. Prov. vi. 13. Jesai. xix. 15. Jerem. xliv. 10.

4. Postremo Aquilae versionis non exigua laus est, quod Hieronymus in Divina Bibliotheca (quae dicitur) haud infrequens ejus imitator, praesertim in Psalmis, deprehendatur; cujus rei pauculis exemplis hic propositis, lectorem ad Hexaplorum silvam remittemus.

Exod. ii. 5: בְּתוֹךְ הַסּוּף. Aq. *ἐν μέσῳ τοῦ παπυρεῶνος*. Hieron. et Vulg.: *in papyreone*. Deut. xxxiii. 12: חֹפֵף. Aq. *παστώσει*. Hieron. et Vulg.: *quasi in thalamo morabitur*. Job. xiv. 12: עַד־בְּלִתִּי שָׁמַיִם. Aq. *ἕως ἂν κατατριβῇ ὁ οὐρανός*. Hieron. et Vulg.: *donec atteratur caelum*. Psal. i. 1: בְּמוֹשַׁב לֵצִים. Aq. *ἐν καθέδρᾳ χλευαστῶν*. Hieron.: *in cathedra derisorum*. Psal. xv. 1: מִכְתָּם. Aq. *τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἁπλοῦ*. Hieron.: *humilis et simplicis*. Psal. xlvii. 3: יְפֵה נוֹף. Aq. *καλῷ βλαστήματι*. Hieron.: *specioso germine*. Psal. xlviii. 14: יְרֻצוּ סֶלָה. Aq. *δραμοῦνται ἀεί*. Hieron.: *current*. SEMPER (et sic passim pro סֶלָה). Psal. lxv. 11: Aq. *εἰσήγαγες ἡμᾶς ἐν ὀχυρώματι* (בַּמְּצוּדָה), *ἔθηκας τρισμὸν* (מוּעָקָה) *ἐν τῷ νώτῳ ἡμῶν*. Hieron.: *Induxisti nos in obsidionem; posuisti stridorem in dorso nostro*. Psal. lxvii. 32: יִאְתָיוּ חַשְׁמַנִּים. Aq. *οἴσουσιν ἐσπευσμένως*. Hieron.: *offerant velociter*. Psal. lxviii. 16: וְאַל־תְּאַטַּר. Aq. *μηδὲ στεφανωσάτω* (תְּאַטַּר). Hieron.: *neque coronet*. Psal. lxxxviii. 48: זְכָר־אֲנִי מֶה־חָלֶד. Aq. *μνήσθητί μου ἐκ καταδύσεως*. Hieron.: *memento mei de profundo*. Psal. xc. 6: מִקֶּטֶב יָשׁוּד צָהֳרָיִם. Aq. *ἀπὸ δηγμοῦ δαιμονίζοντος μεσημβρίας*. Hieron.: *a morsu insanientis meridie*. Psal. cxxxviii. 16: יָמִים יֻצָּרוּ וְלֹא אֶחָד בָּהֶם. Aq. *ἡμέραι κτίζονται* (ﬠﺒﺪﻭﻫﻲ) *καὶ οὐ μία ἐν αὐταῖς*. Hieron.: *Dies formati sunt, et non est una in eis*. Jerem. xlix. 19: אֶל־נְוֵה אֵיתָן. Aq. *πρὸς εὐπρέπειαν στερεάν*. Hieron. et Vulg.: *ad pulcritudinem robustam*. Amos ii. 13: Aq. *ἐγὼ τριζήσω* (מֵעִיק) *ὑποκάτω ὑμῶν, καθὰ τρίζει ἡ ἅμαξα*. Hieron. et Vulg.: *Ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum*.

V. *De duplici Aquilae editione.*

Hieronymus aliquoties Aquilae *secundam editionem, quam Hebraei κατ' ἀκρίβειαν nominant*[34] diserte vindicat; cujus plurimas lectiones in Commentariis suis nobis tradidit. Duas

[34] Hieron. Opp. T. V, pp. 32, 624.

autem totius S. Scripturae versiones eum edidisse, primam liberiorem, in qua sensum potius quam singulas voces apte reddere studebat; alteram vero quae *κατ' ἀκρίβειαν* nominabatur, ad quam solam pertinebat culpa servilitatis et nimiae curiositatis quae nomini ejus inusta est; hanc autem posteriorem eam esse quam, spreta priore, Origenes in tertia Hexaplorum columna posuerit; haec, inquam, antecessoris nostri placita[35] adeo incerta et lubrica, ne dicamus incredibilia videntur, ut probabiliorem rationem inire coacti simus. Aquila igitur, ut nostra fert opinio, unam Bibliorum versionem, eam scilicet cujus indolem et proprietates in praecedentibus descripsimus, concinnavit; deinde, quo ei naturaliter insitum est accurationis studio, opus suum denuo retractavit et recognovit, correctionibus quae necessariae viderentur ad marginem exemplaris, vel, si mavis, editionis, prioris appictis. Utrum vero totum Sacrum Codicem, an libros tantum ejus difficiliores secundis curis subjecerit, deficientibus probationibus pro certo definiri nequit. Alterius quidem editionis notitias non pariter in omnibus libris, etiam iis quos commentatus est Hieronymus, obvias esse, exploratum est. "Duarum editionum," inquit Hodius,[36] "nullam mentionem reperi in Commentariis in Jesaiam vel in Prophetas minores; quare suspicor in aliis libris, Prophetis saltem, utramque inter se verbatim convenisse." Ad probabilem hujus quaestionis solutionem operae pretium erit conspectum omnium locorum, in quibus Aquilae *primae* aut *secundae* editionis ab Hieronymo (qui solus hic testis est) mentio facta sit, subjicere.

		Ed. 1ma.	Ed. 2da.
Jerem. v. 24	שְׁבֻעֹת	*hebdomadas*	Vacat (prob. *πλησμονάς*).
viii. 17	צִפְעֹנִים	*regulos* (*βασιλίσκους*)	*speculatores.*
xiii. 12	נֵבֶל	*laguncula* (*ὑδρία*)	*νέβελ.*
xx. 3	מָגוֹר	*circumspicientem*	*peregrinum.*
xxi. 13	צוּר	*στερεά*	*Τύρος.*
xxii. 30	עֲרִירִי	*sterilem*	*ἀναύξητον.*
Ezech. iii. 15	מַשְׁמִים	Vacat	*ἠρεμάζων.*
27	הַשֹּׁמֵעַ יִשְׁמַע	Vacat	*Qui audit, audietur;*
	וְהֶחָדֵל יֶחְדָּל	Vacat	*et qui relinquit, relinquetur.*
iv. 9	כֻּסְּמִים	*ζέα*	Vacat.
16	מַטֵּה־לָחֶם	*ῥάβδον ἄρτου*	*στερέωμα ἄρτου.*
v. 7	הֲמָנְכֶם	Vacat	*numerati estis.*
viii. 16	אוּלָם	*προστάς*	*αἰλάμ.*
ix. 2	קָסָת	*κάστυ*	*μελανοδοχεῖον.*
xvi. 8	דֹּדִים	*μαστῶν*	*συναλλαγῆς.*
10	מָשׁוּי	*ψηλαφητῷ*	*ἀνθίμῳ.*
11	רָבִיד	Vacat	*torquem* (*κλοιόν*).

[35] Vid. Montef. in *Praelim.* pp. 47, 48.

[36] *De Bibliorum Textibus*, pp. 577, 578.

		Ed. 1ma.	Ed. 2da.
Ezech. xviii. 10	פָּרִיץ	Vacat	*ἁμαρτωλόν.*
xx. 6	צְבִי	*στάσις*	*inclytum.*
7	שִׁקּוּצֵי	Vacat	*ἀποκόμματα.*
	בְּגִלּוּלֵי	*in inquinamentis*	*ἐν εἰδώλοις.*
xxii. 16	וְנִחַלְתְּ בָּךְ	*et contaminabo te*	Vacat.
18, 19	סִיג	*στέμφυλον* et *γίγαρτον*	*κρᾶμα.*
xxvii. 11	גַּמָּדִים	*πυγμαῖοι*	Vacat (prob. *τετελεσμένοι*).
xl. 43	שְׂפָתַיִם	*ἐπιστάσεις*	*χεῖλη.*
49	וּבַמַּעֲלוֹת	*et gradibus*	*καὶ ἐπὶ ἕνδεκα* (?).
xlii. 1	הַגְּזָרָה	*separati*	*τοῦ γαζερά.*
xliv. 18	בְּזֵעַ	*in sudore*	*busa.*
Dan. i. 3	פַּרְתְּמִים	*ἐκλεκτῶν*	*τυράννων.*

Hic satis mirari non possumus, Hieronymum, qui ad Jesaiam et XII Prophetas prolixa commentaria conscripsit, ad Psalmos autem in epistolarum commercio Aquilae tot lectiones excitavit, neque ad hos neque ad illos duarum ejus editionum ullam mentionem fecisse. Ne tamen ex silentio ejus temere colligamus, in ceteris libris Aquilae singularem tantum editionem exstitisse, alias istius interpretis duplices lectiones (non omnes, sed eas tantum quae potioris sunt fidei) quae a diversis testibus, sive duobus Graecis, sive Graeco et Syro-hexaplari, ei assignantur, nunc recensebimus.

Exod. i. 7	וַיִּשְׁרְצוּ	'A. *καὶ ἐχέοντο*	[*χόμενον* 'A. *καὶ ἐξεῖρψαν.*
Lev. xvi. 8	לַעֲזָאזֵל	'A. *εἰς κεκραταιωμένον καὶ εἰς ἀπερ-*	'A. *εἰς τράγον ἀπολυόμενον.*
Num. xi. 8	לְשַׁד הַשָּׁמֶן	'A. *τοῦ μαστοῦ ἔλαιον*	'A. *τοῦ πεφυραμένου ἐν ἐλαίῳ.*
1 Reg. vi. 8	בָּאַרְגַּז	'A. *ἐν λάρνακι*	'A. *ἐν ὕφει κουρᾶς.*
xxvi. 5	בַּמַּעְגָּל	'A. *ἐν τῇ στρογγυλώσει*	'A. *ἐν τῇ καμπῇ.*
2 Reg. viii. 7	אֵת שִׁלְטֵי הַזָּהָב	'A. *τοὺς κλοιοὺς τοὺς χρυσοῦς*	'A. *τὰς πανοπλίας τὰς χρυσᾶς.*
4 Reg. xxiii. 7	הַקְּדֵשִׁים	'A. *τῶν ἐνδιηλλαγμένων*	'A. *τῶν πόρνων.*
Psal. xxi. 17	כָּאֲרוּ	'A. *ἤσχυναν*	'A. *ἔδησαν* (s. *συνεπόδισαν*).
xliv. 13	בַּת־צֹר	'A. *θυγάτηρ Σόρ*	'A. *θυγάτηρ ἰσχυροῦ.*
xlv. 9	שַׁמּוֹת	'A. *ἀφανισμούς*	'A. *demonstrationes.*
xlvii. 15	עַל־מוּת	'A. *ἀθανασία*	'A. *et super mortem renovabit.*
lxxii. 21	אֶשְׁתּוֹנַן	'A. *παρωξύνοντο*	'A. *πῦρ καπνιζόμενον.*
lxxiv. 4	סֶלָה	'A. *ἀεί*	'A. *cantilena.*
lxxix. 14	וְזִיז שָׂדַי	'A. *καὶ παντοδαπὸν χώρας*	'A. *καὶ ζῶα χώρας.*
lxxxix. 10	חִישׁ	'A. *ἀνήρ* (אִישׁ)	'A. *festinatio.*
cxviii. 120	סָמַר	'A. *ἠλώθη*	'A. *ἔφριξεν.*

Jesai. xxix. 1	קִרְיַת חָנָּה	'A. *πολίχνη βιοτεύσεως*	'A. *πόλις παρεμβλήσεως.*
xxxi. 7	יְמָאֲסוּן	'A. *ἀπορρίψουσι*	'A. *ἀρνήσονται.*
xxxiii. 20	מוֹעֲדֵנוּ	'A. *ἑορτῶν ἡμῶν*	'A. *τῶν συνταγῶν ἡμῶν.*
lii. 5	יְהֵילִילוּ	'A. *παρανομοῦσιν*	'A. *flebunt* (Hieron.).
lxii. 8	תִּירוֹשׁ	'A. *οἰνίαν*	'A. *ὀπωρισμόν.*
Jerem. iii. 19	צְבִי	'A. *ὀνομαστήν*	'A. *εὐδοξίας.*
vi. 1	עַל־בֵּית הַכֶּרֶם	'A. *ἐπὶ Βαιθχαρμά*	'A. *ἐπὶ οἶκον τοῦ ἀμπελῶνος.*
xi. 9	קֶשֶׁר	'A. *σύνδεσμος*	'A. *ἀθεσία.*
xii. 5	וַיַּלְאוּךָ	'A. *καὶ ἐξέλυσάν σε*	'A. *καὶ ἐμόχθωσάν σε.*
	תִּתַּחֲרֶה	'A. *ἐριεῖς*	'A. *implicaberis.*
xxv. 38	הַיּוֹנָה	'A. *περιστερᾶς* 'A. *τεθολωμένης*	'A. *μοναχῆς.*
xxix. 17	הַשְּׂעִרִים	'A. *τὰ πονηρά*	'A. *τὰ ἄβρωτα.*
xxxi. 7	רָנּוּ	'A. *ἀγάλλιᾶσθε*	'A. *αἰνεῖτε.*
20	הָמוּ מֵעַי	'A. *ἤχησεν ἡ κοιλία μου*	'A. *ἐσείσθη τὰ ἔντερά μου.*
xxxiii. 6	עֲתֶרֶת	'A. *εἰσακούειν*	'A. *ἴασιν.*
xxxvi. 15	שֵׁב	'A. *ἐπίστρεψον*	'A. *κάθισον.*
xxxvii. 16	אֶל־הַחֲנִיוֹת	'A. *εἰς τὰ ἐργαστήρια*	'A. *εἰς τὰς ταβέρνας.*
21	כִּכַּר־לֶחֶם	'A. *κέχχαρ ἄρτου*	'A. *περίμετρον ἄρτου.*
xxxviii. 26	מַפִּיל־אֲנִי תְחִנָּתִי	'A. *ῥίπτω ἐγώ εἰμι τὸν ἐλεϊσμόν μου*	'A. *βάλλω ἐγὼ τὴν δέησίν μου.*
xliii. 10	אֶת־שַׁפְרִיר	'A. *τὸ σπείρωμα*	'A. *τὸ σκάλιστρον.*
12	וְעָטָה	'A. *καὶ ἀναβαλεῖται*	'A. *καὶ σκαλεύσει* (?).
xlviii. 1	הַמְשֻׂגָּב	'A. *Μασογάβ*	'A. *ἡ ὑπερεπαίρουσα.*
12	וְנִבְלֵיהֶם	'A. *καὶ τὰ κέρατα αὐτοῦ*	'A. *καὶ τὰ νέβελ αὐτοῦ.*
37	גְּרֻעָה	'A. *κατατετμημένος* (גְּדֻעָה)	'A. *ξύρησις.*
xlix. 14	וְצִיר בַּגּוֹיִם	'A. *καὶ περιοχὴ ἐν τοῖς ἔθνεσιν*	'A. *καὶ πρεσβευτὴς εἰς τὰ ἔθνη.*
19	אֶל־נְוֵה אֵיתָן	'A. *ἐπὶ τὸ κατοικητήριον τὸ ἀρχαῖον*	'A. *πρὸς εὐπρέπειαν στερεάν.*
30	נֻדוּ	'A. *κινήθητε*	'A. *μεταναστευόμενοι.*
l. 8	כְּעַתּוּדִים	'A. *ὡς ἔριφοι*	'A. *ὡς κερασταί* (s. *βασιλίσκοι*).
lii. 17	וְאֶת־הַמְכֹנוֹת	'A. *καὶ τοὺς μεχονώθ*	'A. *καὶ τὰ ὑποστηρίγματα.*
Ezech. i. 4	רוּחַ סְעָרָה	'A. *πνεῦμα καταιγίς*	'A. *ἄνεμος πρηστῆρος* (?).
Jon. iv. 6	קִיקָיוֹן	'A. *κικεῶνα*	'A. *κισσόν* (Hieron.).
Mich. iii. 12	עִיִּין תִּהְיֶה	'A. *λιθολογηθήσεται*	'A. *ὡς σωρὸς* (s. *λιθολογία*) *ἔσται.*

His positis, quod fit in rebus quae ultra opinationem procedere nequeunt, de *secunda* Aquilae editione relinquenda unicuique libera opinandi facultas.

CAPUT III.

De Symmachi editione.

I. Symmachi historia. II. Utrum Symmachus an Theodotio versionem suam prius ediderit. III. De Symmachi versionis fide. IV. De Symmachi interpretis stylo. V. De duplici Symmachi editione.

I. *Symmachi historia.*

Inter tres post LXX Bibliorum interpretes notiores Symmacho secundus locus assignatus est, propter causam quam mox videbimus. Historiam ejus sic narrat, vel, si mavis, fabulatur, Epiphanius. Imperante Severo (A.D. 193–211) Symmachus quidam Samarita, ex eorum numero qui apud gentiles ejus sapientes habebantur, cum spe honoris et principatus, quem inter contribules suos appetebat, nescio qua de causa destitutus esset, ira permotus ad Judaeos transfuga factus est, reductoque arte chirurgica praeputio, *secundam* circumcisionem accepit: quo facto mox ad novam Sacri Codicis interpretationem, in perversionem earum quae apud Samaritas tunc temporis ferebantur, conficiendam se applicuit.[1] Eusebius tradit, Symmachum Ebionitam fuisse (quae haeresis fuit eorum qui Christum quasi merum hominem, Josephi et Mariae filium, suspiciebant, et legem Judaicam a Christianis observandam esse contendebant); in cujus rei probationem commentarios ejus adhuc exstantes appellat, in quibus Ebionitarum haeresin argumentis e Matthaei Evangelio petitis adstruere videtur. Hos autem commentarios, teste Eusebio, una cum aliis ejus in S. Scripturam expositionibus, Origenes se a Juliana quadam, ad quam Symmachi chartae successionis jure pervenerant, accepisse affirmabat.[2] Hactenus Eusebius, ad cujus auctoritatem accedit Hieronymus, qui *Judaeum* Aquilam, Symmachum autem et Theodotionem *Judaizantes haereticos*,[3] *vere pauperes et Ebionitas*, et *semichristianos*[4] vocat.

---

[1] Epiphan. De Mens. et Pond. 16 (Opp. T. II, p. 172): *Ἐν τοῖς τοῦ Σευήρου χρόνοις Σύμμαχός τις Σαμαρείτης τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν, μὴ τιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ οἰκείου ἔθνους, νοσήσας φιλαρχίαν, καὶ ἀγανακτήσας κατὰ τῆς ἰδίας φυλῆς, προσέρχεται Ἰουδαίοις καὶ προσηλυτεύει, καὶ περιτέμνεται δευτέραν περιτομήν... Οὗτος τοίνυν ὁ Σύμμαχος πρὸς διαστροφὴν τῶν παρὰ Σαμαρείταις ἑρμηνειῶν ἑρμηνεύσας τὴν τρίτην ἐξέδωκεν ἑρμηνείαν.* [2] Euseb. Hist. Eccles. VI, 17: *Τῶν γε μὴν ἑρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἱστέον Ἐβιωναῖον τὸν Σύμμαχον γεγονέναι... Καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ, πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος εὐαγγέλιον, τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. Ταῦτα δὲ ὁ Ὠριγένης, μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου, σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινος εἰληφέναι, ἣν καί φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι.* Eusebium secutus est Hieron. in Catalogo Scriptorum Eccles. Cap. LIV (Opp. T. II, p. 894): "Aquilae scilicet Pontici proselyti, et Theodotionis Ebionaei, et Symmachi ejusdem dogmatis, qui in Evangelium quoque *κατὰ Ματθαῖον* scripsit commentarios, de quo et suum dogma confirmare conatur." [3] Hieron. Praef. in Job. (Opp. T. IX, p. 1082 ed. Migne). [4] Hieron. Opp. T. VI, p. 656. Huc non trahendus est (qui error est Thiemii in libello mox allegando) alius Hieronymi locus in Comment. in Epist. ad Gal. (Opp. T. VII, p. 435): "Haec verba Ebion haeresiarches, semichristianus et semijudaeus, ita interpretatus est: *ὅτι ὕβρις θεοῦ ὁ κρεμάμενος.*" Nam nec Symmachus Ebionita *Ebion haeresiarches* appellari potest, et ejus versio loci Deut. xxi. 23 prorsus alia est.

Haec est summa eorum quae de nostro interprete a veteribus tradita sunt. Nuper quidem D. Abraham Geiger, in commentatione de Symmacho Bibliorum interprete lingua vernacula conscripta,[5] conjecturam quandam in medio proposuit, videlicet Symmachum nostrum Talmudistam fuisse, eundemque cum eo qui in libris Talmudicis sub nomine סומכוס filii Josephi celebratur, quique discipulus fuit Rabbi Meiri, saeculo II exeunte aut III ineunte. Nostrum autem Symmachum scholae Meiri contra scholam Judae fautorem fuisse, argumentatur V. D. e versione ejus loci Eccles. v. 3, ἐὰν εὕξῃ; quasi per particulam dubitativam ἐὰν interpres innuere voluisset, *melius esse omnino non vovere*, quod R. Meiri dogma fuit, repugnante altera schola. Porro ut probabile fiat, Symmachum Talmudistam Graecam linguam probe calluisse, adducitur dictum ejus quoddam philologicum: טטרגון ארבע טריגון שלש דיגון שתים, h. e. *τετράγων* [immo *τετράγωνον*] significat *quatuor angulos habens*, *τρίγων* [*τρίγωνον*] *tres*, *δίγων* [!] *duo*. Cum vero in iis quae de Symmacho Talmudista narrantur, de Bibliis Hebraeis ab eo in linguam Graecam conversis altum silentium sit, nolumus in talibus argutiis diutius immorari.

II. *Utrum Symmachus an Theodotio versionem suam prius ediderit.*

Epiphanius, ut vidimus, Symmachum sub Severo imperatore versionem suam emisisse tradit. Deinde pergit: "Post hunc, tantillo elapso tempore (*κατὰ πόδας ἐν τῷ ἑξῆς χρόνῳ*), hoc est, imperante Commodo secundo, qui post antedictum Commodum Lucium Aurelium XIII annis imperavit, Theodotio quidam Ponticus etc."[6] Sed hic immanis error est. Nam nullum Commodum imperatorem exstitisse praeter L. Aurelium, qui *ante* Severum, interpositis paucorum mensium imperatoribus Pertinace et Didio Juliano, per XIII annos regnavit, omnibus notum est. Quin et ipse Epiphanius non multo post imperatorum seriem repetens, haec habet: "Post Antoninum Pium regnavit M. Aurelius Antoninus, qui et Verus, annis XIX. Post hunc Commodus alius imperat annis XIII, cujus tempore floruisse diximus Theodotionem, qui quartam interpretationem edidit. Commodum hunc excipit Pertinax alius, et imperat menses sex. Huic succedit Severus alius cum Antonino filio, annis XVIII. Mortuo Severo succedit Antoninus [Caracalla];"[7] de Symmacho prorsus silens. Epiphanii de duplici Commodo hallucinationem haud improbabiliter inde repetit Montefalconius, quod ei penitus insederat falsa opinio, Theodotionem, quem sub Commodo floruisse ex veterum, fortasse ipsius Origenis, auctoritate noverat, Symmacho *posteriorem* fuisse. Utut sit, caecum ducem secutus est Auctor Epistolae versioni Harethi praepositae, cujus expositio haec est: "Interpretatio tertia erat versio Symmachi, qui e Samaritanorum doctis erat, vixitque inter Judaeos; fuitque hoc tempore Severi regis, post Aquilam annis circiter L. Interpretatio quarta, versio Theodotionis Marcionistae, qui Sinopensis etiam erat, floruitque tempore Commodi secundi regis, idque post Symmachum annis prope X."[8] Errorem correxit (qui tamen ab Epiphanio sua se

[5] Vid. *Jüdische Zeitschrift für Wissenschaft und Leben*, Erster Jahrgang, Breslau, 1862, pp. 62–64. [6] Epiphan. De Mens. et Pond. 17 (Opp. T. II, p. 172). [7] Ibid. 18. [8] White (Rev. Joseph), *Letter* etc. p. 11.

accepisse testatur) Auctor Chronici Alexandrini sive Paschalis, qui postquam Theodotionis editionem in annum Commodi sextum conjecerat, ordine temporis procedens, Symmachi versionem anno Severi nono concinnatam esse affirmat. Quae cum ita sint, in hac duorum interpretum successione acquiescendum videtur; non ut quo anno aut etiam quo regno versionem suam uterque ediderit ullis certis rationibus definiri possit, sed simpliciter Theodotione Symmachum tempore nescimus quantulo posteriorem fuisse. Hieronymi quidem dicto fortuito in Commentario ad Jesai. lviii. 6, *Symmachum in Theodotionis scita concedentem* torquem *posuisse*, non multum tribuimus. Sed gravissimam esse Irenaei (qui Marci Aurelii et Commodi tempore, ac Severi quoque regni initio floruit) auctoritatem, qui de voce νεᾶνις adversus Judaeos disputans, Theodotionis et Aquilae, qui ita interpretati essent, *non item Symmachi* meminerit, etiam D. Petavius, qui contrariae opinioni favet, scilicet Symmachum ante Theodotionem vixisse, ingenue fatetur.

III. *De Symmachi versionis fide.*

Praeter crimen Judaismi, quod ei una cum duobus sodalibus ejus nimis leviter impingitur, Symmachum ab Epiphanio notatum vidimus, quasi in perversionem (διαστροφὴν) versionum Sacri Codicis a Samaritanis tunc temporis receptarum suam confecisset. Sed haec accusatio, quantum e reliquiis ejus adhuc exstantibus conjici possit, omni praetextu destituta est. E contrario in Gen. v rationes ejus chronologicae cum textu et versione Samaritanorum, quales nos manu terimus, contra supputationem LXXviralem concordant. Praeterea nostro interpreti a nonnemine objicitur, tanti ei fuisse *a LXX discedere*, ut etiam a S. Scripturae consuetudine desciscere non dubitarit, ut illos imperitiae nomine insimularet.[9] Cui respondemus, neminem Hebraei archetypi sensum fideliter exprimere posse, nisi versioni LXX Seniorum, vetustate quantumvis venerabili, innumeris locis valere jubeat; id quod Hieronymi exemplo demonstratur, qui tum in Commentariis suis interpretationem LXXviralem acerrimis criminationibus insectatur, tum in versione Latina a se elaborata, ut mox declarabimus, prae ceteris omnibus interpretibus Symmachum ducem ac magistrum sibi proposuit.

IV. *De Symmachi interpretis stylo.*

Hieronymus in prooemio ad Chronicon Eusebianum trium interpretum, quoad stylum sive vertendi methodum, comparationem instituit his verbis: "Quamobrem Aquila et Symmachus et Theodotion incitati, diversum paene opus in eodem opere prodiderunt; alio nitente verbum de verbo exprimere, *alio sensum potius sequi*, tertio non multum a veteribus discrepare."[10] Idem passim in scriptis suis Symmachum laudat, quasi ceteris *manifestius* et *apertius* vertentem; talemque interpretem qui *non solet verborum κακοζηλίαν, sed intelligentiae ordinem sequi*.[11] E recentioribus Criticis instar omnium est Valckenaerii elogium, qui eum

[9] Vid. Agellium ad Psal. lxv. 15. [10] Hieron. Opp. T. VIII, p. 35 ed. Migne. [11] Hieron. Opp. T. VI, p. 258.

quasi *Graecorum interpretum Antiqui Foederis castigatissimum* praedicat.[12] Nec longe a scopo aberrat Montefalconius, cujus scrinia hic compilare non gravabimur: "Interpretatio Symmachi clarissima et elegantissima omnium est. Res ille, ut plurimum, apte ac dilucide exprimit, non verba singula scrupulose referre studet... Hebraismos raro sectatur; summopere curasse videtur, ne quidpiam in Graeca serie poneret, quod Graecum lectorem Hebraice ignarum offendere posset."[13]

Haec de Symmachi stylo in universum sufficiant: nunc de singulis ejus characteribus, cum LXX et Aquila comparatione facta, paulo fusius agamus.[14]

1. Constructiones Hebraeas, per copulas membratim concisas, Symmachus ad rotundiorem Graeci sermonis structuram participiorum ope accommodat. Exempla sint: Exod. v. 7: Ο'. *πορευέσθωσαν καὶ συναγαγέτωσαν.* Σ. *ἀπερχόμενοι καλαμάσθωσαν.* 4 Reg. i. 2: Ο'. *δεῦτε καὶ ἐπιζητήσατε.* Σ. *ἀπελθόντες πύθεσθε.* Psal. xxvi. 2: Ο'. *ἠσθένησαν καὶ ἔπεσαν.* Σ. *σφαλέντες ἔπεσον.* Cant. v. 6: Ἀ. *ἔκλινεν, παρῆλθεν.* Σ. *ἀπονεύσας παρῆλθεν.* Participii *absoluti* (quod dicitur) in tali accommodatione egregius est usus. Sic Job. xxxiv. 29: ※ Θ. *καὶ αὐτὸς ἡσυχίαν παρέξει, καὶ τίς καταδικάσεται;* Σ. *αὐτοῦ δὲ ἠρεμίαν διδόντος τίς κατακρινεῖ;* Psal. xxvii. 1: Ο'. *μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι κ.τ.ἑ.* Σ. *μὴ ἡσυχάσαντός σου ἄποθέν μου ὁμοιωθῶ κ.τ.ἑ.* Item in constructione Hebraeis familiari per praepositionem בְּ cum infinitivo: ut Psal. ix. 4: Ο'. *ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου.* Σ. *ἀναστραφέντων τῶν ἐχθρῶν μου.* Psal. xxix. 10: Ο'. *ἐν τῷ καταβῆναί με (Σ. κατενεχθέντος μου) εἰς διαφθοράν.* 1 Reg. xxii. 8: Ο'. *ἐν τῷ διαθέσθαι τὸν υἱόν μου διαθήκην.* Σ. *συντιθεμένου τοῦ υἱοῦ μου.* Ezech. i. 19: Ο'. *ἐν τῷ ἐξαίρειν τὰ ζῶα.* Σ. *ἐπαιρομένων τῶν ζώων.*

2. Pro duobus verbis Hebraeis constructionem elegantiorem per verbum et adverbium frequentat Noster. E.g. Psal. xxxii. 3: Ἀ. *ἀγαθύνατε ψάλατε.* Σ. *ἐπιμελῶς ψάλατε.* Gen. iv. 2: Ο'. *καὶ προσέθηκε τεκεῖν.* Σ. *καὶ πάλιν ἔτεκεν.* Psal. xl. 9: Ἀ. *οὐ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι.* Σ. *οὐκέτι ἀναστήσεται.* Jon. ii. 5: Ο'. *ἆρα* (אַךְ) *προσθήσω τοῦ ἐπιβλέψαι με;* Σ. *ἴσως πάλιν προσβλέψω.* Psal. lv. 7: Hebr. *commorantur, delitescunt.* Σ. *συνήγοντο λάθρα.* Vel per verbum et adjectivum; ut 4 Reg. ii. 10: Ο'. *ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτήσασθαι.* Anon. (qui proculdubio Symmachus est): *δύσκολον ᾐτήσω.* Hieron.: *rem difficilem postulasti.*

3. Pro duobus nominibus in regimine positis, quorum posterius juxta usum Hebraeum prioris qualitatem exprimit, Symmachus Graeco more nomen et adjectivum adhibet. Sic Psal. liv. 24: Ο'. *ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος.* Σ. (*ἄνδρες*) *μιαίφονοι καὶ δόλιοι.* Psal. cl. 1: Ο'. *ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ.* Σ. *ἐν τῷ στερεώματι τῷ ἀκαθαιρέτῳ αὐτοῦ.*

4. Notiones ab Hebraeis per complexionem verborum expositas Noster uno vocabulo, quae Graecae linguae felicitas est, sive adjectivo sive adverbio apte et eleganter reddit. E.g. Prov. xv. 15: טוֹב־לֵב. Σ. *ὁ εὐθυμῶν.* Jesai. ix. 15: נְשׂוּא־פָנִים. Σ. *αἰδέσιμος.* 1 Reg. xxv. 3: טוֹבַת־שֶׂכֶל. Ο'. *ἀγαθὴ συνέσει.* Σ. *εὐδιανόητος.* Ibid.: רַע־מַעֲלָלִים. Ο'. *πονηρὸς ἐν ἐπιτηδεύμασι.* Σ.

[12] Vid. Hex. nostra ad 1 Reg. xxiii. 13. [13] Montef. in *Praeliminaribus*, p. 54. [14] In hac parte lucubrationis nostrae elaboranda plurimum nobis contulit C. A. Thiemii libellus, *Pro Puritate Symmachi Dissertatio*, Lips. 1755.

κακογνώμων. Job. xxxii. 19: יַיִן לֹא יִפָּתֵחַ. Σ. *οἶνος νέος ἀδιάπνευστος.* Psal. lxxvii. 53: O′. *(ὡδήγησεν αὐτοὺς) ἐν ἐλπίδι, καὶ οὐκ ἐδειλίασαν.* Σ. *ἀφόβους καὶ ἀπτοήτους.* Jud. xviii. 7: O′. *ἐπ' ἐλπίδι.* Σ. *ἀμερίμνως.* Job. xxxiv. 6: בְּלִי־פָשַׁע. ※ Θ. *ἄνευ ἀδικίας.* Σ. *ἀναιτίως.* Ezech. xxii. 29: בְּלֹא מִשְׁפָּט. Σ. *ἀκρίτως.* Amos vi. 13: לְלֹא דָבָר. Σ. *ἀλόγως.* Jesai. lii. 8: עַיִן בְּעַיִן. O′. *ὀφθαλμοὶ πρὸς ὀφθαλμούς.* Σ. *ὀφθαλμοφανῶς.* 2 Reg. xii. 8: כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה. Σ. *πολλαπλασίως.*

5. Praepositionem בְּ, quae apud Hebraeos latissimum usum habet, Symmachus non uno modo transfert. E. g. Gen. xxvii. 35: 'A. *ἐν ἐπιθέσει.* Σ. *δι' ἐνέδρας.* Psal. xvi. 1: O′. *οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις.* Σ. *οὐ διὰ χειλέων δολίων.* Psal. cxviii. 9: O′. *ἐν τίνι.* Σ. (juxta potiorem scripturam) *διὰ τίνος.* Psal. cxviii. 109: O′. *ἐν ταῖς χερσί μου.* Σ. *μετὰ χεῖράς μου.*

6. Lingua Graeca nulla in re ceteris magis antecellit quam in particularum ejus varietate ac elegantia; quam rem in transferendis particulis Hebraeis non ita numerosis Noster in versionis suae exornationem et illustrationem convertere callebat. Exemplum primum sit particula אַךְ, quae Aquilae et Theodotioni nil nisi *πλὴν* sonat; Symmacho autem *ἄρα* (1 Reg. xvi. 6), *ὄντως* (Psal. lxxii. 18), *διόλου* (Prov. xxii. 16. Cf. Hex. ad Psal. xxii. 5), *ἴσως* (Psal. cxxxviii. 11), *ἴσως οὖν* (Psal. lxxii. 13), *μόνον* (Thren. iii. 3), *οὕτως* (1 Reg. xxv. 21. Jerem. xvi. 19), *ἀλλ' ὅμως* (Jerem. xii. 1). Particula גַּם praeter *καίγε* vertitur *ἀλλὰ καίγε* (Prov. xiv. 13), *ἔτι* (Psal. cxxxviii. 10), *ἔτι καὶ* (Psal. lxxxii. 9), *καὶ ἔτι* (Prov. xxv. 1), *πρὸς, insuper* (Eccles. i. 17. vii. 23. ix. 1), *μέντοιγε* (Job. xviii. 5?). וְגַם, *ἀλλὰ καὶ* (Hex. ad 4 Reg. xvi. 3), *ἀλλὰ μὴν καὶ* (Eccles. x. 3), *καὶ δή* (Jerem. xxxvi. 25). אַף, *πόσῳ μᾶλλον* (Job. iv. 19), *ἀλλὰ πρὸς τούτοις* (Psal. xliii. 10). אַף כִּי, *πόσῳ μᾶλλον* (1 Reg. xiv. 30. 2 Reg. iv. 11. xvi. 11. Job. xv. 16. xxv. 6). נָא, *ἀξιῶ* (1 Reg. xv. 25. xxv. 25). אָנָּה, *δέομαι* (4 Reg. xx. 3). וְאוּלָם, *ἐπείτοιγε* (1 Reg. xxv. 34), *ἀλλὰ μήν* (Mich. iii. 8). אֲבָל, *καὶ μάλα* (Hex. ad Gen. xlii. 21), *ὄντως* (Hex. ad 2 Reg. xiv. 5). הֲגָם, *ἀλλ' ὅμως* (Jerem. vii. 8). מִן, *ἐξῆς*, s. *κατὰ μέρος* (Jerem. ix. 25). מִדֵּי, *ἀφ' οὗ* (Jerem. xx. 8. xlviii. 27). Postremo constructionem per *μὲν* et *δὲ*, quae ab Aquilae saltem editione prorsus exsulat, Noster non invitus in rem suam convertit; e.g. Exod. xiv. 20: *καὶ ἦν ἡ νεφέλη σκότος μὲν ἐκεῖθεν, φαίνουσα δὲ ἐντεῦθεν.* Hos. vii. 1: *καὶ κλέπτης μὲν εἰσῆλθεν, ἐκδύον δὲ λῃστήριον ἔξω.*

7. Idiotismos Hebraeos qua ratione Symmachus Graecis auribus accommodare studuerit, paucula ex innumeris specimina ad declarandum sufficiant. 1 Reg. iii. 4 (et passim): O′. *ἰδοὺ ἐγώ.* Σ. *πάρειμι.* 2 Reg. xii. 5: O′. *υἱὸς θανάτου.* Σ. *ἄξιος θανάτου.* Exod. v. 7: O′. *καθάπερ χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν.* Σ. *καθάπερ καὶ πρότερον.* 1 Reg. xix. 7: O′. *ὡς ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν.* Σ. *ὡς πρὸ μιᾶς καὶ πρίν.* 2 Reg. v. 2: O′. *καὶ ἐχθὲς καὶ τρίτην.* Σ. *ἀλλὰ καὶ πρίν.* 1 Reg. xx. 25: O′. *ὡς ἅπαξ καὶ ἅπαξ.* Σ. *ὥσπερ εἰώθει.* 1 Reg. ix. 20: O′. *μὴ θῇς τὴν καρδίαν σου αὐταῖς.* (Σ.) *μὴ μεριμνήσῃς.* 1 Reg. xxv. 25: O′. *μὴ δὴ θέσθω ὁ κύριός μου καρδίαν αὐτοῦ.* Σ. *μὴ πρόσχῃς, ἀξιῶ.* 1 Reg. xxx. 21: O′. *καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν τὰ εἰς εἰρήνην.* Σ. *καὶ ἠσπάσαντο αὐτούς.* 2 Reg. ii. 6: O′. *ποιήσω μεθ' ὑμῶν τὸ ἀγαθὸν τοῦτο.* Σ. *ἀμείψομαι ὑμᾶς τὴν χάριν ταύτην.* His exemplis non annumerabimus Gen. ii. 17: O′. *θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.* Σ. *θνητὸς ἔσῃ*; quia haec versio, dum Hebraismi peregrinitatem vitat, explicatorem potius quam interpretem arguere videtur.

8. Locutiones figuratas vel duriusculas Noster aut plane eximit (ut Psal. xx. 13: O′. *θήσεις αὐτοὺς νῶτον.* Σ. *τάξεις αὐτοὺς ἀποστρόφους.* Job. xxxi. 15: O′. *γεγόναμεν δὲ ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ* (Σ.

ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ)), aut per particulas comparationis emollire studet. Hujus generis sunt: ί Reg. xiii. 1: ※ υἱὸς ἐνιαυτοῦ (Σ. υἱὸς ὡς ἐνιαύσιος) Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. Psal. xiii. 4: 'A. ἔφαγον ἄρτον (Σ. ὡσεὶ ἄρτον). Psal. xxx. 22: O'. ἐν πόλει περιοχῆς. Σ. ὡς ἐν πόλει περιπεφραγμένῃ. Psal. xxxviii. 6: O'. ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου (Σ. ἰδοὺ ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας) τὰς ἡμέρας μου. Psal. xliv. 2: O'. ἡ γλῶσσά μου κάλαμος (Σ. ὡς γραφεῖον). Psal. lxii. 2: O'. ἐν γῇ ἐρήμῳ. Σ. ὡς ἐν γῇ διψάδι. Prov. xv. 15: *Bonus corde est convivium perpetuum.* Σ. ὁ εὐθυμῶν ὡς ἐν πότῳ διαπαντός. Dan. x. 5 (de angelo): Θ. ἀνήρ. Σ. ὡς ἀνήρ. Zach. v. 1: *Et vidi, et ecce! volumen volans.* Σ. καὶ εἶδον ὡς εἴλημα πετόμενον. Gen. xv. 1: מָגֵן לָךְ. Σ. ὑπερμάχομαι καθάπερ ὅπλον. Hic non praetereunda est lex a Symmacho sibi imposita, ut effata Sacri Scriptoris, quae notioni Dei ἀνθρωποπαθοῦς favere, aut majestati divinae ullo modo repugnare videantur, in versione sua variis artificiis mitiget. Sic Psal. xliii. 24: O'. ἑνατί ὑπνοῖς, κύριε. Σ. ἑνατί ὡς ὑπνῶν εἶ, δέσποτα. Exod. xxiv. 10: Σ. καὶ εἶδον ὁράματι τὸν θεὸν Ἰσραήλ; ubi ὁράματι de suo intulit Noster. Jud. ix. 13 (de vino): *Quod exhilarat deos et homines* (אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים). Σ. τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων. Psal. lxxvii. 36: *Et lactaverunt eum* (Deum) *ore eorum.* Sic in Hebraeo; cum vero Deus ab hominibus fraude circumveniri non possit, Symmachus durius dictum pia circumlocutione emollit, vertens: καὶ ὡς παραλογιζόμενοι αὐτὸν ὑπελάμβανον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Denique huc pertinere videtur locus insignis Gen. i. 27, de homine ad imaginem Dei creato; ubi dogmaticis suis praejudiciis nimium tribuens, Noster omnes sanae interpretationis leges pro nihilo habuit.[15]

9. Sed etiam ubi nulla intererat dogmatices quaestio, Symmachum in paraphrastae partes aliquando delapsum esse negari non potest. Nihil moramur verba ad sensum loci pleniorem efficiendum de suo assumpta; ut Psal. xxx. 20: O'. (δ) ἔκρυψας (Σ. ἔκρυψας ἀπόθετον) τοῖς φοβουμένοις σε. Psal. lvi. 5: O'. ἐκοιμήθην. Σ. εὐθαρσῶν ἐκοιμήθην. Jesai. xlvi. 1: O'. ἐγένετο εἰς θηρία. Σ. ἐγένετο ζῴοις ἔκδοτα; et similia. Non carpimus circumlocutiones quae ad elegantiam Graeci sermonis pertinent; ut Psal. liv. 15: 'A. ἐγλυκάναμεν ἀπόρρητον (סוֹד). Σ. ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν. Eccles. vii. 30: O'. ἐζήτησαν λογισμοὺς πολλούς. Σ. περιειργάσαντο πολυπραγμοσύνην. Sed nullas hujusmodi excusationes admittere videntur loca quae nunc indicabimus: Gen. xviii. 25: *Nonne judex totius terrae faciet justum?* Σ. ὁ πάντα ἄνθρωπον ἀπαιτῶν δικαιοπραγεῖν, ἀκρίτως μὴ ποιήσῃς τοῦτο. 4 Reg. xxi. 16: O'. (ἕως οὗ ἔπλησε τὴν Ἰερουσαλὴμ) στόμα εἰς στόμα. Σ. ὥσπερ ἀγγεῖον ἄχρι στόματος. Job. xxi. 13: *Et in momento ad infernum descendunt.* Σ. καὶ ταχέως ἄνοσοι καὶ ἀβασάνιστοι εἰς ᾅδην κατέρχονται. Psal. xli. 4: O'. ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος (Σ. ὡς ἄρτος συντάξεώς μου). Jerem. xli. 5: O'. εἰς οἶκον κυρίου. Σ. εἰς οἶκον κυρίου εἰσέτι ὄντα καὶ ἐλπιζόμενον. Ezech. xvi. 31: O'. συνάγουσα μισθώματα. Σ. ἐν ἀξιοπιστίᾳ (*honeste*) συνάγουσα μισθώματα. Videndum tamen ne forte in uno et altero horum exemplorum verba scholiastae aut enarratoris versioni interpretis nostri male adhaeserint; id quod in tribus aliis locis (Exod. xv. 11. Thren. iii. 46, 47. Ezech. xvi. 45) accidisse vix dubium esse potest.

10. Vocabula Hebraea Graecis elementis scripta parcissime admittit Noster[16]; immo con-

[15] Cf. Geiger *Symmachus* etc. p. 40 sqq.

[16] Exempla fere sola sunt: ἀβρὴχ Gen. xli. 43; ἀμὼν Jesai. xxxiii. 3; ἀρσεὶθ Jerem. xix. 2; βόρατον Psal. ciii. 17. Cant. Cant. i. 17; γαβδαρηνοὶ, θαβδαρηνοὶ etc. Dan. iii. 32; ἠδὰδ Jerem. xlviii. 33;

trariam culpam, modo sit culpa, in eum contulerit aliquis; videlicet quod propria nomina, quae sine translatione relinquenda erant, in Graece efferendo se torserit. Sic pro Αὖα (Gen. iii. 21) Ζωογόνος; pro Ἰεδδεδὶ (2 Reg. xii. 25) Ἀγαπητὸς κυρίου; pro Ἐδὲμ nunc (παράδεισον) ἀνθηρὸν (Gen. ii. 8), nunc (παράδεισον) τῆς ἀκτῆς (Gen. ii. 15), nunc παγκαρπία (Psal. xxxv. 9) prava affectatione venditat. Ejusmodi sunt: Num. xxi. 11: בְּעִיֵּי. O′. ἐν Ἀχαλγαί. Σ. ἐν τοῖς βουνοῖς; Deut. xxxii. 49: הַר הָעֲבָרִים. O′. τὸ ὄρος τὸ Ἀβαρίμ. Σ. (τὸ ὄρος) τῶν διαβάσεων; Jesai. xix. 18: עִיר הַהֶרֶס. Ἀ. Θ. πόλις Ἀρές. Σ. πόλις ἡλίου. In regionum nominibus ponendis tres interpretes pro Ἀραρὰτ (Gen. viii. 4) Ἀρμενία ediderunt; sed solus Symmachus pro Ἐλλασὰρ, Ἐλὰμ et ἐθνῶν (Gen. xiv. 1) Πόντου, Σκυθῶν et Παμφυλίας vereor ne curiosius quam verius suffecerit. Quinetiam si quando nomen Hebraeum ab eo retineatur, Graecam quandam speciem induere cogitur; ut οἱ Ῥουβηλαῖοι, οἱ Γαδαῖοι, οἱ Μανασσαῖοι (Deut. xxix. 8); οἱ Χερηθαῖοι καὶ οἱ Φεληθαῖοι (2 Reg. viii. 18), et similia.

11. Cum inter omnes constet, Symmachum linguam Graecam tunc temporis florentem optime omnium interpretum nostrorum calluisse, plurimas voces et locutiones ad reconditiorem Graecitatem pertinentes in opere ejus reperiri nemo mirabitur. Harum vel insigniores tantum enumerare cum nimii laboris et taedii foret, fas sit nobis, speciminis gratia, lectorem remittere ad Hexapla nostra in Lev. xxvi. 43. Jos. xviii. 1. 1 Reg. xvi. 23. Neh. vi. 11. Ezech. xxiii. 5.

12. Aquilae in commendationis loco posuimus, Hieronymum in Hebraeis vertendis non raro vestigiis ejus institisse. Sed quid de Symmacho dicamus, quem tam presse secutus est magnus ille interpres Latinus, idemque literis Hebraeis et Graecis non mediocriter eruditus, ut aliquando nobis successerit, ex Hieronymi Latinis Symmachi Graeca vel sine nomine exsistentia, vel etiam prorsus deperdita, satis probabiliter extricare?[17] Hujus imitationis exempla in decursu operis nostri occasione data notavimus, e quibus selectum numerum hic uno conspectu legentium oculis subjicere non gravabimur.

Exod. ix. 17: עוֹדְךָ מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי. Sym. (ἔτι σὺ) κατέχεις (τὸν λαόν μου); Hieron. in Div. Bibl. et Vulg.: *Adhuc retines populum meum?* Num. xxv. 8: אֶל־הַקֻּבָּה. Sym. εἰς τὸ πορνεῖον. H. V. *in lupanar.* Deut. xxxiii. 8: *Thummim tui et Urim tui* sint *viro pio tuo, quem tentasti ad Massah, contendisti cum eo super aquas Meribah.* Sym. τελειότης σου καὶ διδαχή σου τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ, ὃν ἐπείρασας ἐν δοκιμασίᾳ, ἐδοκίμασας (leg. ἐδίκασας) αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας. H. V. *Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, et judicasti ad aquas contradictionis.* Jos. x. 42: לְכַד פַּעַם אֶחָת. Sym. ἠχμαλώτευσεν μιᾷ ὁρμῇ. H. V. *uno cepit impetu.* Jud. ix. 6: עִם־אֵלוֹן מַצֵּב אֲשֶׁר בִּשְׁכֶם. Sym. παρὰ τὴν δρῦν τὴν ἑστῶσαν ἐν Σικίμοις. H. V. *juxta quercum quae stabat in Sichem.* Jud. xv. 19: אֶת־הַמִּכְתֵּשׁ. Sym. τὴν μύλην. H. V. *molarem dentem.* 1 Reg. i. 18: *Et vultus ejus non erat ei amplius.* Sym. (καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς) οὐ διετράπη (ἔτι). H. V. *vultusque illius non sunt*

θαρσὶς Dan. x. 6; μαμζὴρ Zach. ix. 6; σεραφεὶν Jesai. vi. 2; σοὺρ Jesai. x. 26; ὠφὰζ Prov. viii. 19; ὠχεὶμ Jesai. xiii. 21. Semel atque iterum, posito Hebraeo vocabulo, Graecum idem sonans subjungit; ut Exod. xii. 11: φασὲχ ὑπερμάχησις; Eccles. vii. 8: ματθανὰ τουτέστι δῶρον; qui usus Marcum evangelistam (Cap. vii. 7) Graecorum in commodum scribentem revocat.

[17] Geiger *Symmachus* etc. p. 60: "Und so mag sich noch manches verborgene Gut des Symmachus in der Speichern des Hieronymus und der Vulgata befinden." Vid. Hexapla nostra ad Lev. xiv. 36. Num. xxiii. 10. 1 Reg. ix. 20. xi. 5. xii. 3. xv. 48. xxi. 5. 2 Reg. xxiii. 8. 4 Reg. v. 26. Jesai. lvi. 12. Hos. xi. 3.

amplius in diversa mutati. 1 Reg. ix. 24: Sym. ὅτι ἐπίτηδες (לַמּוֹעֵד) τετήρηταί σοι. H. V. *quia de industria servatum est tibi.* 1 Reg. xxiii. 13: O'. καὶ ἐπορεύοντο οὗ ἐὰν (בַּאֲשֶׁר) ἐπορεύοντο. Eleganter Sym. καὶ ἐρρέμβοντο ὁπουδήποτε. H. V. *huc atque illuc vagabantur incerti.* 1 Reg. xxv. 18: *Et centum uvas passas* (צִמֻּקִים). Sym. καὶ ἑκατὸν ἐνδέσμους (σταφίδος). H. V. *et centum ligaturas uvae passae.* 2 Reg. x. 6: נִבְאַשׁוּ בְּדָוִד. Sym. ἐκακούργησαν πρὸς Δαυίδ. H. V. *injuriam fecissent David.* 2 Reg. xii. 14: כִּי־נִאֵץ נִאַצְתָּ. Sym. ὅτι βλασφημῆσαι ἐποίησας. H. V. *quoniam blasphemare fecisti.* 3 Reg. x. 11: עֲצֵי אַלְמֻגִּים. Sym. ξύλα θύϊνα. H. V. *ligna thyina.* 3 Reg. xvi. 3: מַבְעִיר אַחֲרֵי בַּעְשָׁא. Sym. τρυγήσω τὰ ὀπίσω Βαασά. H. V. *demetam posteriora Baasa.* 4 Reg. ii. 14: Sym. ποῦ κύριος ὁ θεὸς Ἠλιοὺ καὶ νῦν (אַף־הוּא); H. V. *Ubi est Dominus Deus Eliae etiam nunc?* Psal. x. 2: Sym. ὅτι οἱ θεσμοὶ (הַשָּׁתוֹת, *fundamenta*) καθαιρεθήσονται. H. *quia leges dissipatae sunt.* Psal. xxxiv. 16: *Cum profanis sannionibus placentae.* Sym. ἐν ὑποκρίσει φθέγμασι πεπλασμένοις. H. *in simulatione verborum fictorum.* Psal. xxxvi. 7: מְזִמּוֹת. Sym. ἃ ἐνθυμεῖται. H. *quae cogitat.* Psal. lvii. 6: חוֹבֵר חֲבָרִים מְחֻכָּם. Sym. ἐπᾴστοῦ ἐπῳδὰς σεσοφισμένου. H. *nec incantatoris incantationes callidas.* Psal. lix. 10: *Super Edom projiciam calceum meum.* Sym. ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβήσομαι τῷ ὑποδήματί μου. H. *Super Idumaeam incedam calceamento meo.* Psal. lxxii. 4: *Quia non sunt vincula* (חַרְצֻבוֹת) *in morte eorum, et pingue est corpus eorum* (אוּלָם). Sym. ὅτι οὐκ ἐνεθυμοῦντο περὶ θανάτου αὐτῶν· στερεὰ γὰρ ἦν τὰ πρόπυλα αὐτῶν. H. *Quia non recogitaverint de morte sua, et firma sunt vestibula eorum.* Psal. lxxvi. 12: Sym. ἀνεμιμνησκόμην τὰς περινοίας κυρίου (מַעַלְלֵי־יָהּ), ἀναπολῶν τὰ ἀρχαῖα τεράστιά σου. H. *Recordabor cogitationum Domini, reminiscens antiqua mirabilia tua.* Psal. lxxxvi. 4: Sym. ἀναμνήσω ὑπερηφανίαν (רַהַב). H. *commemorabo superbiae.* Psal. cxviii. 112: לְעוֹלָם עֵקֶב. Sym. εἰς μισθαποδοσίαν αἰώνιον. H. *propter aeternam retributionem.* Jesai. liv. 8: בְּשֶׁצֶף קֶצֶף. Sym. ἐν ἀτόμῳ ὀργῆς. H. V. *in momento indignationis.* Jesai. lvi. 11: מִקְּצֵהוּ. Sym. ἀπ' ἄκρου ἕως ἐσχάτου. H. V. *a summo usque ad novissimum.* Jerem. vi. 2: *O pulcra et delicata, exscindam* (דִּמִּיתִי) *filiam Sionis.* Sym. τῇ ὡραίᾳ καὶ τῇ τρυφερᾷ ὡμοίωσα τὴν θυγατέρα Σιών. H. V. *Speciosae et delicatae assimilavi filiam Sion.* Jerem. xxxvi. 18: *Ex ore ejus praelegit* (יִקְרָא) *mihi.* Σ. ἀπὸ στόματος αὐτοῦ ἔλεγεν, ὡς ὁ ἀναγινώσκων πρὸς μέ. H. V. *Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me.* Jerem. xxxviii. 4: Sym. ἐπίτηδες γὰρ (כִּי עַל־כֵּן) αὐτὸς παρίησιν τὰς χεῖρας. H. V. *de industria enim dissolvit manus.* Ezech. v. 3: בְּכַנָּפֶיךָ. Sym. ἐν ἄκρῳ τῷ ἱματίῳ σου. H. V. *in summitate pallii.* Ezech. viii. 10: סָבִיב סָבִיב. Sym. κύκλῳ διόλου. H. V. *in circuitu per totum.* Ezech. viii. 11: לִפְנֵיהֶם. Sym. πρὸ τῶν γραφῶν. H. V. *ante picturas.* Ezech. xvii. 3: אֶת־צַמֶּרֶת. Sym. τὸ ἐγκάρδιον. H. V. *medullam.* Hos. iii. 3: תֵּשְׁבִי לִי. Sym. προσδοκήσεις με. H. V. *exspectabis me.* Hos. vii. 14: יִתְגּוֹרָרוּ. Sym. ἐμηρυκῶντο. H. V. *ruminabant.* Amos vi. 7: Sym. καὶ περιαιρεθήσεται ἑταιρεία τρυφητῶν. H. V. *et auferetur factio lascivientium.*

Porro in Hieronymi versione hexaplari libri Jobi, in nonnullis locis rejecta Theodotionis versione, quae textum LXXviralem, ut hodie legitur, invasit, Symmacho praerogativam dedit; ut videre est in Hexaplis nostris ad Cap. xxi. 11. xxxii. 11, 12, 13–17. xxxiv. 23. xxxvii. 10.

V. *De duplici Symmachi editione.*

Quae de Aquilae duplici editione, vel potius *secundis curis*, disputavimus, ad alteram Symmachi editionem eo magis accommodari possunt, quod vestigia hujus operis longe pauciora et incertiora sunt. Et primum de locis sane paucissimis, in quibus Hieronymus secundam Symmachi editionem diserte appellat, videndum. Sic igitur ille in Commentariis ad Jerem. xxxii. 30: "Symmachi prima editio et Theodotio *solos* (*μόνοι*) interpretati sunt. Secunda quippe Symmachi vertit *διόλου*." Item ad Nah. iii. 1: "Symmachus autem *ἀποτομίας πλήρης*, quod possumus dicere *crudelitate* vel *severitate plena*. In altera ejus editione reperi *μελοκοπίας πλήρης*; id est, *sectionibus carnium* et *frustis per membra conscissis*." Postremo ad Jerem. xx. 2, 3: "Pro *nervo*, quem nos diximus ... Symmachus *βασανιστήριον*, sive *στρεβλωτήριον*, quod utrumque *tormenta* significat." Et mox: "Pro *pavore*, quod in Hebraico scriptum MAGUR ... Symmachus *ablatum*, sive *congregatum* et *coactum*, interpretatus est." In quibus tamen duobus exemplis utrum de duplici Symmachi editione, an de diversis prophetae locis Hieronymi verba intelligenda sint, pro certo definiri nequit.

Haec sunt sola S. Scripturae loca, ad quae secundae Symmachi editionis mentio fit. Nunc recensenda sunt loca paulo numerosiora, in quibus duae interpretationes, a diversis auctoribus Symmacho attributae, ex hypothesi duplicis editionis inter se conciliari solent. Haec fere sunt:

Exod. xxviii. 14	שַׁרְשֹׁרֹת	'A. Σ. *ἁλύσεις*	'A. Σ. *σύσφιγκτα.*
xxx. 4	לְבָתִּים	Σ. Θ. *εἰς θήκας*	Σ. *εἴσοδοι.*
Num. xi. 8	לְשַׁד	Σ. *εἰς λίπος*	Σ. *πιότητος.*
Jud. i. 15	גֻּלֹּת	Σ. *κτῆσιν*	Σ. *ἀρδείαν.*
1 Reg. xxv. 35	וָאֶשָּׂא	Σ. *καὶ ἐτίμησα*	Σ. *καὶ ἐνετράπην.*
2 Reg. viii. 18	כֹּהֲנִים	Σ. *σχολάζοντες*	'Εβρ. Σ. 'A. *ἱερεῖς.*
4 Reg. iii. 4	נֹקֵד	Σ. *ἦν τρέφων βοσκήματα*	Σ. *ἀρχιποιμήν.*
Psal. ii. 4	יִלְעַג־לָמוֹ	Σ. *καταγελάσει αὐτούς*	Σ. *καταλαλήσει αὐτῶν.*
xliii. 19	וַתֵּט אֲשֻׁרֵינוּ מִנְּיִ אָרְחָהּ	Σ. *οὐδὲ μετεκλίθη τὰ ὑπορθοῦντα ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου*	Σ. *καὶ ἐξέκλιναν τὰ διαβήματα ἡμῶν ἀπὸ τῶν τρίβων σου.*
lxxii. 7	יָצָא מֵחֵלֶב	Σ. *προέπιπτον ἀπὸ λιπαρότητος*	Σ. *ἐξῆεσαν ἀπὸ λίπους.*
ciii. 22	יֶאֱסֹפוּן	Σ. *ὑποχωρήσουσι*	Σ. *συσταλήσονται.*
Cant. Cant. i. 6	שְׁשָׁזָפַתְנִי	Σ. *ὅτι παρενέβλεψέ με*	Σ. *ὅτι καθήψατό μου.*
v. 11	כֶּתֶם פָּז	Σ. *ὡς λίθος τίμιος* Σ. *χρυσίον*	Σ. *ἐπίσημος χρυσολίθοις.*
Jesai. v. 30	וְינְהֹם עָלָיו	Σ. *καὶ ἠχήσει ἐπ' αὐτοῦ*	Σ. *καὶ καλέσει αὐτούς.*
xiii. 3	גַּאֲוָתִי	Σ. *ἐν τῷ δοξασμῷ μου*	Σ. *τῇ ὕβρει μου.*
xli. 1	הַחֲרִישׁוּ	Σ. *δουλεύσατε*	Σ. *σιωπήσατε.*

Jerem. vi. 11	נִלְאֵיתִי הָכִיל	Σ. *fatigatus sum tolerans* (ἐκοπίασα ἀνεχόμενος)	Σ. *laboravit tolerare.*
xv. 16	וָאֹכְלֵם	Σ. τροφή μοι	Σ. καὶ προσεδεχόμην αὐτούς.
xli. 17	אֲשֶׁר־אֵצֶל	Σ. τοῖς ἐχόμενα	Σ. τῇ κατέναντι.
Thren. i. 8	לְנִידָה	Σ. σίκχος	Σ. ἀνάστατον.
16	שׁוֹמֵמִים	Σ. ἔρημοι	Σ. στυγνοί (s. σκυθρωποί).
iii. 20	תָּשִׂיחַ	Σ. ἑαυτῇ προσλαλήσει	Σ. κατακάμπτεται.
Ezech. i. 4	רוּחַ סְעָרָה	Σ. πνοὴ καταιγιζομένη	Σ. πνοὴ θυέλλης (?).
iii. 13	וְקוֹל	Σ. καὶ σύγκρουσιν	Σ. καὶ ψόφον.
v. 3	בִּכְנָפֶיךָ	Σ. ἐν τοῖς κρασπέδοις σου	Σ. ἐν ἄκρῳ τοῦ ἱματίου σου.
xiii. 18	כְּסָתוֹת	Σ. ὑποστρώματα	Σ. ὑπαγκώνια.
xix. 14	שֵׁבֶט לִמְשׁוֹל	Σ. σκῆπτρον εἰς τὸ ἐξουσιάζειν	Σ. εἰς σκῆπτρον βασιλικόν.
xx. 6	צְבִי	Σ. *religio* (θρησκεία)	Σ. στάσις.
26	לְמַעַן אֲשַׁמֵּם	Σ. *ut deleam eos*	Σ. ἵνα πλημμελήσωσιν.
Hos. vi. 9	אִישׁ גְּדוּדִים	Σ. ἀνδρὸς ὑποκριτοῦ	Σ. ἀνδρὸς ἐνεδρευτοῦ.
vii. 14	כִּי יְיֵלִילוּ עַל־מִשְׁכְּבוֹתָם	'A. Σ. ἀλλὰ ἀσελγῶς ἐλάλησαν..	Σ. ἀλλ' ἢ ἐχρεμέτισαν ἐν κατακλίσεσιν αὐτῶν.
ix. 7	מְשֻׁגָּע	Σ. ἐννεός	Σ. κραιπαλῶν (s. κεκραιπαληκώς).
xii. 11	גִּלִּים	Σ. ὡς βάτραχοι	Σ. ὡς σωροὶ λίθων.
xiii. 3	מֵאֲרֻבָּה	Σ. ἀπὸ ἀκρίδων	Σ. ἀπὸ ὀπῆς.
14	קָטָבְךָ	Σ. ἀπάντημά σου	Σ. ἀκηδία σου.
Amos i. 11	רַחֲמָיו	Σ. σπλάγχνα ἴδια	Σ. ἔντερα αὐτοῦ.
Habac. ii. 5	לֹא יְנֶוֶה	Σ. οὐκ εὐπραγήσει	Σ. οὐκ εὐπορήσει.
Zach. v. 1	מְגִלָּה עָפָה	Σ. κεφαλὶς πετομένη	Σ. ὡς εἴλημα πετόμενον.

Habes segetem lectionum diversarum satis pusillam; e quarum numero si eximas eas quae vel scribarum in nominibus ponendis oscitantiae, vel versioni Syro-hexaplari paulo liberiori imputandae sint, Symmachi *secunda editio* veremur ne pro mera ignorantiae excusatione habenda sit.

CAPUT IV.

De Theodotionis editione.

I. Theodotionis historia. II. De Theodotionis versionis scopo et indole. III. De Theodotionis interpretis stylo.

I. *Theodotionis historia.*

Auctore Epiphanio, Theodotio patria Ponticus fuit, religione autem Christianus de schola Marcionis haeresiarchae Sinopitae; qui cum haeresi suae nescimus qua de causa succenseret, ad Judaismum defecit, et circumcisionem accepit: quo facto, ne quid historia ejus ab iis quae de Aquila et Symmacho traduntur declinaret, Hebraeas literas edidicit, et versionem ipse suam aggressus est.[1] Quod ad gentem ejus attinet, dissidet Irenaeus, qui Ephesium eum vocat, de conversione ejus ad Judaismum cum Epiphanio consentiens.[2] E contrario fuisse Theodotionem pariter ac Symmachum de secta Ebionitarum, pluribus in locis, ut vidimus, testatur Hieronymus, quamvis in Prologo in Danielem rem in dubio relinquere videtur, cum ait: "Illud quoque lectorem admoneo, Danielem non juxta LXX interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit, licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judaeus est."[3] Ceterum de aetate ejus, dum in quaestione de Symmachi aetate versabamur, probabiliter pronuntiavimus; videlicet eum Symmacho priorem fuisse, et, si quid veteribus tribuendum, imperante Commodo (A.D. 180–192) versionem suam concinnasse.

II. *De Theodotionis versionis scopo et indole.*

Ut Aquilae in vertendo in primis propositum fuit verbum de verbo exprimere, Symmacho autem sensum potius sequi, sic Theodotioni in suo opere ornando illud potissimum in votis fuisse videtur, *non multum a veteribus*, hoc est, a LXX interpretibus, *discrepare;*[4] ita tamen

---

[1] Epiphan. De Mens. et Pond. 17 (Opp. T. II, p. 172): *Μετὰ τοῦτον δὲ κατὰ πόδας ἐν τῷ ἑξῆς χρόνῳ . . . Θεοδοτίων τις Ποντικὸς ἀπὸ τῆς διαδοχῆς Μαρκίωνος τοῦ αἱρεσιάρχου τοῦ Σινωπίτου, μηνιῶν καὶ αὐτὸς τῇ αὐτοῦ αἱρέσει, καὶ εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἀποκλίνας, καὶ περιτμηθεὶς, καὶ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα παιδευθεὶς, ἰδίως καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε.* [2] Iren. adv. Haeres. III, 24: *ὡς Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν ὁ Ἐφέσιος καὶ Ἀκύλας ὁ Ποντικὸς, ἀμφότεροι Ἰουδαῖοι προσήλυτοι.* [3] Hieron. Opp. T. V, p. 620. [4] Epiphan. De Mens. et Pond. 17 (T. II, p. 173): *Διὸ τὰ πλεῖστα τοῖς οβ' συνᾳδόντως ἐξέδωκε· τριβὰς γὰρ εἶχεν οὗτος τὰς πλείστας ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν οβ'.* Hieron. Opp. T. X, p. 120 ed. Migne: "Juxta Theodotionis dumtaxat editionem, qui simplicitate sermonis a LXX interpretibus non discordat." Idem Opp. T. IX, p. 1079 ed.

ut quae ab illis vel absurde conversa, vel prorsus praeterita fuissent, ipse ad Hebraei archetypi normam emendaret et suppleret. Prioris generis culpae insigne exemplum est Danielis liber, cujus versio LXXviralis tam putide et praepostere jacet, ut nulla manu medica ad Ecclesiae usus accommodari possit; unde accidit, ut illa seposita et velut antiquata, Theodotionis editio in locum ejus successerit. Quod vero ad *defectus* veteris versionis attinet, testis sit textus Jobi LXXviralis (qui vocatur), ut in exemplari Romano hodie legitur, cujus fere sexta pars, nulla adhibita discriminis nota, Theodotioni debetur; *discriminis notam* dico, quia discrimen ipsum cuivis Graeca cum Hebraeis paulo attentius comparanti haudquaquam obscurum erit. Etiam Jeremiae vaticiniorum haud exigua pars, quae apud LXX defecerat, in libris hexaplaribus de Nostro suppleta est, cujus pericopae prolixiores sunt Cap. xxxiii. (Gr. xl.) 14–26, et Cap. xxxix (Gr. xlvi). 4–13.

E libris canonicis Jeremiae Threnos Aquilam et Theodotionem in versionibus suis praetermisisse, e male intellecto Origenis loco olim credebatur;[5] quam opinionem quod ad Aquilam attinet, aperte falsam, quod vero ad Theodotionem, parum verisimilem esse, in Monito ad Threnos demonstravimus.

Libros V.T. apocryphos tres interpretes non vertisse res nota est; sed ex hac generali propositione excipiendae sunt, praeter Jobi epimetrum in fine Cap. xlii, Danielis pericopae, Susanna, Canticum Trium Puerorum, et Bel et Draco, quas in Theodotionis quoque editione locum suum retinuisse constat. Estherae vero additamenta (quae vocantur) *nec in Hebraeo, nec apud ullum ferri interpretum* diserte testatur Hieronymus.[6]

III. *De Theodotionis interpretis stylo.*

Theodotionis stylus simplex et gravis est, et, ut jam observavimus, inter Aquilam et Symmachum medium locum occupat, quorum interpretationibus, desertis per occasionem Seniorum vestigiis, non raro se adjungit. Interdum vero, relictis ceteris omnibus, novam viam sibi secat; e.g. Gen. i. 28: וּרְדוּ בִּדְגַת. O′. *καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων.* 'A. *καὶ ἐπικρατεῖτε ἐν ἰχθύϊ.* Σ. *καὶ χειροῦσθε τοὺς ἰχθύας.* Θ. (ex usu Syrorum) *καὶ παιδεύετε ἐν τοῖς ἰχθύσι.* Rursus Gen. iv. 4 pro Hebraeo וַיִּשַׁע, *et respexit*, quod *τοῖς* O′ *ἐπεῖδεν*, Aquilae *ἐπεκλίθη*, Symmacho *ἐτέρφθη* sonat, Theodotio paulo argutius *ἐνεπύρισεν* posuit, modum approbationis, per ignem scilicet, juxta traditionem Rabbinorum, innuens. Styli autem proprietas, qua Noster a ceteris interpretibus maxime differt, mos est ejus voces Hebraeas, etiam eas quarum translatio non ita difficilis erat, *ἀνερμηνεύτους* relinquendi, Graecis tantum characteribus pro Hebraicis positis. Hic usus, ab Aquila et Symmacho, ut supra declaravimus, parcius admissus, a Theodotione adeo frequentatus est, ut propter hanc in primis causam *indocti* interpretis nota a Montefal-

---

Migne: "Quasi non et apud Graecos Aquila, Symmachus et Theodotio, vel verbum e verbo, vel sensum e sensu, vel ex utroque commixtum et medie temperatum genus translationis expresserint." [5] Hodius *De Bibliorum Textibus*, p. 584. [6] Opp. T. IX, p. 1445 ed. Migne.

conio ei inusta sit. Sed prius quam ultra progredimur, operae pretium erit catalogum verborum Hebraeo-Graecorum, quae in Theodotionis reliquiis obvia sunt, ordine alphabetico exhibere, praesertim cum maxima eorum pars in Lexicis ad versiones V. T. Graecas concinnatis desiderentur.

ἀγανὼθ Jesai. xxii. 24.
ἀγγαὶ Anon. 2 Paral. xxvi. 9.
ἀγμὸν Jesai. xix. 15.
ἀγουγὶμ Anon. 2 Paral. ix. 10.
ἀγοὺρ Jesai. xxxviii. 14.
ἀδαμὰ Gen. ii. 7. iii. 18. Deut. xxi. 23. 'A. Θ. Ezech. xx. 38.
ἀδωνὶ Zach. i. 9. iv. 4.
ἀζαζὴλ Anon. Lev. xvi. 10, 26.
ἀζαρὰ Ezech. xliii. 14.
ἀμαδαρὼθ Anon. Jud. v. 22.
ἀναθὼθ (potius *ἀδανὼθ*) Anon. 1 Reg. xv. 32.
ἀραβὰ Job. xxxix. 6. Jesai. xli. 19. Jerem. xxxix. 4, 5.
ἄρς Jesai. xvii. 9.
ἀρσεὶθ 'A. Σ. Θ. Jerem. xix. 2.
ἀσιδὰ Job. xxxix. 13. Ο'. Θ. Jerem. viii. 7.
ἀφὲκ (*ἐν*) Ezech. xxvii. 16.
ἀχὶ Job. viii. 11.
βακελλὴθ 4 Reg. iv. 42.
βαραμεὶμ Ezech. xxvii. 24.
βεδὲκ Ezech. xxvii. 27.
βεθθιεὶμ 4 Reg. xxiii. 7.
βελιὰλ (*υἱοὶ*) Jud. xix. 22.
βραθὺ Jesai. xxxvii. 24. xli. 19.
γαβεὶμ 'A. Σ. Θ. Jerem. lii. 16.
γαζαρηνοὶ Ο'. Θ. Dan. ii. 27.
γαζερὰ (*τὸ*) Ezech. xli. 13.
γαλιμὰ Ezech. xxvii. 24.
γαρεὶμ, γαρὲμ Ο'. Θ. 4 Reg. ix. 13.
δαὰρ Jesai. xli. 19.
δαβεὶρ Psal. xxvii. 2.
δαρὼρ Anon. Lev. xxv. 10.
δερὼρ Ezech. xlvi. 17.
doc Jesai. xl. 15.
ἐγλαὰδ (s. *ἰγλαὰδ*) Anon. 4 Reg. iv. 34.
ἐδδὲν (s. *ἐδδὶμ*, s. *γεδδεὶμ*) Jesai. lxiv. 6.
ἐλειλεὶμ Anon. Lev. xix. 4. xxvi. 1.
ἐλμωνὶ 1 Reg. xxi. 2.
ἐλωεὶμ Mich. iii. 7. Habac. iii. 3.
ἐλωαὶχ Mich. vi. 8.
ἐμὶρ 'A. Σ. Θ. Jesai. xvii. 9.
ἐνθὼφ Anon. Jud. viii. 26.
ἐφαδανῶ Dan. xi. 45.
ζέμμα Lev. xviii. 17. Ezech. xvi. 27.
ἠδὼ Job. xxxvi. 30.
ἦλ Mal. ii. 11.
θαασοὺρ 'A. Θ. Jesai. xli. 19. lx. 13.
θαβὲλ Lev. xviii. 23. xx. 12.
θαδαὰρ Jesai. xli. 19. lx. 13.
θαρσεὶς, chrysolithus Ezech. x. 9.
θεεβουλαθὼθ (*ἐν*) Job. xxxvii. 12.
θεννὶν Jesai. xliii. 20.
θεραφὶν 1 Reg. xix. 13.
ἰαμεὶν Ο'. Θ. Gen. xxxvi. 24.
ἰεζὴ (*ἐν*) Ezech. xliv. 18.
ἰεὶν, ἰεὶμ 'A. Σ. Θ. Jesai. xiii. 22. xxxiv. 14.
ἰωβὴλ Exod. xix. 13. Lev. xxv. 10.
καδησὶμ (s. *καδημὶμ*) Jud. v. 21.
καιδδὰ Ezech. xxvii. 19.
κάστυ 'A. Θ. Ezech. ix. 2.
κεφφὰ Jesai. xix. 15.
μαγὰλ 1 Reg. xxvi. 7.
μαλεεὶν Jerem. xxxviii. 12.
μαμζὴρ 'A. Σ. Θ. Zach. ix. 6.
μαναὰ Jesai. lxvi. 3.
μασφαὰ (s. *μασφαὰθ*) Lev. xiii. 6.
μαχαλὶμ Ezech. xxvii. 24.
μαχβὰρ 4 Reg. viii. 15.
μαωζεὶμ Dan. xi. 38.
μαὼν 1 Reg. ii. 32.
μεινὶ 'A. Θ. Jesai. lxv. 11.
μεσσὲ Ezech. xvi. 10.

μεχωνὼθ Jerem. xxvii. 19.
μοσφαιθὰμ Anon. Jud. v. 16.
ναζὲρ Lev. xxi. 12.
νεγβαὶ Ezech. xx. 46.
νεδδὰ Anon. Lev. xx. 21.
νεζὲρ O'. Θ. E'. 4 Reg. xi. 12.
νωκεδεὶμ Amos i. 1.
οὐλὰμ Joel. ii. 17.
ῥαθαμὶν 'A. Θ. Job. xxx. 4.
ῥασείμ. Vid. χορρί.
ῥαφαεὶμ Οἱ λ. Jesai. xiv. 9.
σαβαεὶν (s. σαβὰ) Dan. xi. 16.
σαβαχὼθ Anon. 2 Paral. iv. 12.
σαμθὴχ Jesai. xlvii. 2.
σατανὴζ Lev. xix. 19. Deut. xxii. 11.
σεειρεὶμ Lev. xvii. 7.
σενναὰρ Dan. i. 2.
σηεὶμ Jesai. xxiii. 13.
σὴθ Lev. xiii. 10. xiv. 56.
σιεὶμ 'A. Σ. Θ. Jesai. xiii. 21. xxxiv. 14.
σιρώνων (τῶν) Jud. viii. 26.
σὶς Jesai. xxxviii. 14.
σιωνεὶμ Anon. Jerem. xxxi. 21.
σουαρεὶμ Jerem. xxix. 17.
σοὺρ Σ. Θ. Jesai. x. 26.
socen Jesai. xxii. 15.
σωρὴκ O'. 'A. Θ. Jesai. v. 2.
τεκχεὶμ Anon. 2 Paral. ix. 21.
φαὰθ Lev. xix. 9, 27.
φαρφαρὼθ Jesai. ii. 20.
φεγγὼλ (s. φεγγοὺλ) Lev. vii. 18. Ezech. iv. 14.
φθιγὶλ Jesai. iii. 24.
φορθομμὶν Dan. i. 3.
φουρὰ Jesai. lxiii. 3.
χαναὰν Jesai. xxiii. 8.
χισιλεὲμ 'A. Θ. Jesai. xiii. 10.
χοβὲρ 1 Reg. xix. 13.
χορρὶ (ὁ) καὶ ὁ ῥασεὶμ O'. Θ. 4 Reg. xi. 4.
χωμαρεὶμ Zeph. i. 4.
ὠνενὰ Jesai. lvii. 3.

Horum vocabulorum alia sunt nomina *animalium*, ut ἀσιδὰ καὶ νεσσὰ ('A. ἐρωδιοῦ καὶ ἱέρακος), ἰεὶν καὶ σιεὶν (O'. ὀνοκένταυροι καὶ θηρία), θεννὶν (O'. 'A. Σ. σειρῆνες), σὶς (O'. χελιδὼν), σεειρεὶμ (Θ. alio loco ὀρθοτριχοῦντες), τεκχεὶμ (Heb. *pavones*); alia *arborum* et *plantarum*, ut ἀχὶ (O'. βούτομον), ῥαθαμεὶν (Heb. *genistarum*), βραθὺ καὶ θαδαὰρ καὶ θαασοὺρ (O'. confuse: κέδρον, καὶ πύξον, μυρσίνην καὶ κυπάρισσον; altero autem loco: κυπάρισσος, καὶ πεύκη, καὶ κέδρος), κεφφὰ καὶ ἀγμὸν (Heb. *palmam et juncum*), καιδδὰ (Heb. *cassia*), ἀγουγὶμ (Heb. *almugim*); alia *vestium* et *pannorum*, ut φθιγὶλ (Heb. *fascia pectoralis*), σατανὴζ (O'. κίβδηλον), βαδδὶμ (O'. ποδήρη), μαχβὰρ ('A. στρῶμα), ἐνθὼφ (O'. ὁρμίσκοι), μεσσὲ (Heb. *sericum*); alia ad *cultum Dei* vel *idolorum* pertinent, ut δαβεὶρ ('A. Σ. χρηματιστήριον), οὐλὰμ ('A. πρόδομος), ἀζαρὰ ('A. κρηπίδωμα), γαζερὰ (Heb. *area separata*), θεραφὶν (O'. κενοτάφια. A. μορφώματα), χωμαρεὶμ (O'. ἱερεῖς). In hujusmodi autem nominibus e propria lingua in alienam transferendis, interpreti etiam eruditissimo nonnihil difficultatis occurrere solet, quam vel conjectura probabili resolvere, vel ipsam vocem peregrinam ponendo quasi vi perrumpere cogitur. Si posterior via Theodotioni placuisse videatur, non ideo ceteris indoctior vel indiligentior habendus est (nam eum antecessorum suorum versionibus uti nil prohibebat), sed tantum scrupulosior quam operis sui instituto fortasse conveniret. Quando vero vocabuli transferendi significatio non ita obscura erat, qua excusatione ab imperitiae culpa Noster liberandus sit non videmus. Exempli gratia: Lev. vii. 18, ubi pro Hebraeo פִּגּוּל יִהְיֶה LXX satis bene μίασμά ἐστιν, Aq. ἀπόβλητον ἔσται, alii ἀργὸν ἔσται verterant, nil opus erat vocem φεγγοὺλ quasi non satis clarae explicationis retinere.

Rursus Lev. xiii. 6 vox מִסְפַּחַת, *scabies*, a ceteris varie vertitur *σημασία, ἐξανάδοσις, ἔκβρασμα, ἔκφυμα*, quarum versionum quaelibet a Nostro arripienda erat, potius quam *μασφαὰθ* nullo sensu ponendum. Postremo Lev. xviii. 23 pro תֶּבֶל, *foedum scelus*, ceteri omnes eodem sensu *μυσαρὸν, ἀπειρημένον, ἄρρητον* verterunt, Theodotio sine causa *θαβὲλ* conservavit. In contrariam tamen partem non dissimulandum est, aliquot in locis, praesertim in Regum libris, ubi LXX vocabulum Hebraeum *ἀνερμήνευτον* reliquerunt, Nostrum Graecum proprium posuisse; e.g. 1 Reg. xxiv. 3: צוּרֵי הַיְעֵלִים. O′. *σαδδαιέμ* (sic). Θ. *τῶν πετρῶν τῶν ἐλάφων*. 1 Reg. xxx. 8: O′. *τοῦ γεδδούρ*. Θ. *τοῦ συστρέμματος*. 2 Reg. ii. 12: O′. *ἐκ Μαναὲμ εἰς Γαβαών*. Θ. *ἐκ παρεμβολῶν βουνοῦ*. 2 Reg. xvii. 19: O′. *ἀραφώθ*. Θ. *παλάθας*. 4 Reg. xvi. 17: O′. *αἱ μεχωνώθ*. Θ. *τὰ ὑποστηρίγματα*.

Duplicis Theodotionis editionis, si excipias lectionem suspectam Ezech. i. 4, et Hieronymi locum aperte vitiosum, quem in Hexaplis ad Jerem. xxix. 17 citavimus, nullum omnino reperitur indicium.

CAPUT V.

De editionibus anonymis.

I. De Quinta, Sexta et Septima. II. De Quinta editione. III. De Sexta editione. IV. De Septima editione.

I. *De Quinta, Sexta et Septima.*

Quo tempore et quibus auctoribus versiones Quinta, Sexta et Septima adornatae fuerint, nihil probabile ne conjectando quidem afferri potest. De his tribus editionibus Eusebius auctor est, Origenem praeter tritas Aquilae, Symmachi et Theodotionis duas alias antea incognitas e latebris eruisse;[1] in Psalmis vero etiam septimam simili casu inventam adhibuisse. Epiphanius et qui eum secuti sunt (inter quos est Auctor Epistolae versioni Harethi praemissae) Quintam et Sextam tantum memorant, de Septima prorsus silentes.[2] Eusebio accedit

[1] Euseb. Hist. Eccles. VI, 16: *Καί τινας ἑτέρας παρὰ τὰς κατημαξευμένας ἑρμηνείας ἐναλλάττουσας, τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος, ἐφευρεῖν, ἃς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἔκ τινων μυχῶν τὸν πάλαι λανθάνουσας χρόνον εἰς φῶς ἀνιχνεύσας προήγαγεν· ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα τίνος ἂρ' εἶεν οὐκ εἰδὼς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὗροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει, τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε.* [2] Epiphan. De Mens. et Pond. 19 (Opp. T. II, p. 175): *Εὑρὼν δὲ* (Origenes) *τῆς πέμπτης καὶ ἕκτης ἐκδόσεως τὰς βίβλους καθ' ὃν εἴπομεν τρόπον, καὶ μὴ γνοὺς τίνες εἶεν οἱ ἑρμηνεύσαντες αὐτὰς, καθ' οὓς ηὑρέθησαν*

Hieronymus in Libro de Viris Illustribus, de Origine tradens: "Praeterea Quintam et Sextam et Septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliotheca habemus, miro labore reperit, et cum ceteris editionibus comparavit;" necnon in Commentariis in Epistolam ad Titum: "Nonnulli vero libri, et maxime hi qui apud Hebraeos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quam Quintam et Sextam et Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas."[3] Haec de editionibus anonymis in universum; nunc de singulis agamus.

II. *De Quinta editione.*

1. Quinta editio ubi terrarum ab Origene reperta sit inter auctores ambigitur. Ex Eusebii loco supra citato probabilis collectio est, Origenem Quintam quidem (*τὴν μὲν*) Nicopoli ad Actium, Sextam autem (*τὴν δὲ*) alio loco non nominato detexisse. Ita certe Eusebii verba paulo obscuriora intellexisse videtur Hieronymus in Praefatione ad Origenis Homilias in Canticum Canticorum, ubi ait, ipsum Origenem scribere se Quintam editionem in Actio litore invenisse.[4] Epiphanius vero cum imitatoribus ejus Quintam Hierichunte in doliis absconditam, regnante Antonino Caracalla Severi filio, Nicopoli vero Sextam inventam fuisse tradit;[5] qui tamen tum loci tum imperatoris nomen ex alio Eusebii loco, de quo mox videbimus, mutuatus esse videtur. Rem levissimi momenti adhuc in dubio consistere facile patimur.

2. Versiones anonymas non totius V. T. voluminis, sed paucorum tantum quorundam librorum esse, certo certius est. De Quinta Hodius haec habet: "Complexa est haec Quinta editio Prophetas minores, Psalterium, Canticum Canticorum, et, ut videtur, Jobum. In Prophetis minoribus citatur haud raro ab Hieronymo, in majoribus nusquam, nec ab eo, nec ab ullo alio; in Psalmis a multis passim; in Proverbiis et Ecclesiaste nusquam. In Cantico citatur ab Origene in Homiliis. In Jobo citatum non invenio; Olympiodorus tamen in Jobi caput ultimum alium quendam interpretem adducit praeter Aquilam, Symmachum et Theodotionem: *τὸ δὲ τετράδραχμον τοῦ χρυσίου, ὅπερ ἐστὶ νόμισμα ἕν· οὕτω γὰρ καὶ ἕτερος τῶν ἑρμηνευτῶν ἐξέδωκεν· Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, ἐνώτιον χρυσοῦν· ἐπίρρινον δὲ Σύμμαχος.*"[6] Sic ille, anno 1705 opere Montefalconiano nondum edito. Nunc quid in quoque libro nostrae Hexaplorum editioni contulerit iste interpres recensendum. In Pentateucho igitur nullus commentator Graecus aut Quintam aut Sextam nominavit; sed prioris editionis vestigia, tenuiora quidem sed genuina, videas in Hexaplis nostris ad Gen. vi. 3 (in *Addendis* ad Genesim). xxxiv. 15. xxxv. 19. Lev. xi. 31. In libro Regum IV, quem Heptaplarem fuisse constat, lectiones *τῆς* E′

χράνους ταῖς πρὸ αὐτῶν τέσσαρσιν ἀκολούθως τῇ παραθέσει συνυφήνας, τὴν μίαν πέμπτην ὠνόμασεν, ἐπιγράψας διὰ τοῦ πέμπτου στοιχείου τῆς πέμπτης τὸν ἀριθμὸν, καὶ δηλώσας τὸ ὄνομα· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν μετ' αὐτὴν τὸ ἐπίσημον ἐπιγράψας τὸ τῆς ἕκτης ἑρμηνείας ὄνομα ἐδήλωσεν.

[3] Hieron. Opp. T. II, p. 894. T. VII, p. 735.

[4] Hieron. Opp. T. III, pp. 499, 500, ubi vid. Martian.

[5] Epiphan. De Mens. et Pond. 18 (Opp. T. II, p. 174): *Τελευτήσαντος δὲ Σευήρου διαδέχεται τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Γέτας ἄλλος, ὁ καὶ Καράκαλλος ἐπικληθεὶς, καὶ ποιεῖ ἔτη ζ′. Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ αὐτοῦ ἔτει ηὑρέθησαν καὶ βίβλοι τῆς πέμπτης ἐκδόσεως ἐν πίθοις ἐν Ἰεριχῷ κεκρυμμέναι, μετὰ ἄλλων βιβλίων Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν.*

[6] Hodius *De Bibliorum Textibus*, p. 590.

innumeras prius incognitas e versione Syro-hexaplari in lucem protraximus. Quod ad Jobum attinet, exemplum ab Hodio allatum nihili est;[7] sed *Octapla* Jobi a Syro nostro ad Cap. v. 23 memorantur, et unica Quinti interpretis lectio ab eodem ad Cap. xi. 4 affertur. In Psalmis editiones Quinta et Sexta passim laudantur. In Proverbiis, ubi ante nos Quintus interpres prorsus silebat, versio Syro-hexaplaris copiam lectionum ejus, tum solius (quarum insigniores sunt Cap. xxiii. 24. xxv. 7. xxvi. 17. xxx. 31), tum cum ceteris concordantis, patefecit. In Cant. Cant. Montefalconius e libris Graecis haud paucas lectiones edidit, quas nos e Syro nostro amplificavimus. In Ecclesiaste editio Quinta non citatur. In Prophetis majoribus Hodii affirmatio ab uno suspectae fidei exemplo[8] non labefactatur; in minoribus, praesertim in Hosea, hic interpres non mediocre momentum habet.

3. Quod reliquum est, Quinti interpretis, quisquis fuerit, stylus, ut cuique reliquias versionis Hoseae ab eo elaboratae inspicienti patebit, omnium elegantissimus est, et cum optimis Graecis suae aetatis scriptoribus comparandus. Quod ad vertendi genus attinet, usitate liberam nec literae adstrictam interpretationem sectatur, modo ut sententiam auctoris sui paulo explicatius efferat, modo ut in paraphrastae potius quam interpretis partes desciscat. Prioris generis exempla sunt: Psal. cxl. 7: *Sicut sulcans* (פֹּלֵחַ) *et findens in terra.* E′. ὡς καλλιεργῶν καὶ σκάπτων ἐν τῇ γῇ. Hos. vi. 2: O′. ὑγιάσει ἡμᾶς (יְחַיֵּינוּ). E′. ὑγιεῖς ἀποδείξει ἡμᾶς. Hos. vii. 1: *Et fur ingreditur* (domos), *diffundit se turma* (praedonum) *in agris.* E′. καὶ κλέπτης μὲν ἔστιν ἔνδον, λωποδύτης δὲ λῃστεύει τὰ ἔξω. Hos. vii. 4: *Omnes illi moechantur, sicut furnus accensus a pistore.* E′. ἅπαντες εἰς τὸ μοιχεύειν ἐκπυρούμενοι, ὡς ὀπτάνιον ὑπὸ τοῦ πέσσοντος. Hos. vii. 9: O′. οὐκ ἔγνω· καὶ πολιαὶ ἐξήνθησαν αὐτῷ. E′. οὐκ ᾔσθετο, καὶ ταῦτα πολιὸς ἤδη τυγχάνων. Ad posteriorem censum pertinent: Psal. lxvii. 28: *Principes Judae et caterva eorum* (רִגְמָתָם). E′. καὶ ἄρχοντες Ἰούδα κρατοῦντες τὰ διαδήματα τῆς βασιλείας. Hos. vi. 8: *Notata vestigiis sanguinis* (עֲקֻבָּה מִדָּם). E′. ὑποσκελίζουσα καὶ δολοφονοῦσα. Hos. vii. 14: *Propter frumentum et mustum congregantur* (יִתְגּוֹרָרוּ), *deficiunt a me.* E′. ὑπὸ τρυφῆς καὶ πλησμονῆς σίτου καὶ οἴνου ἀπέστησάν μου.

III. *De Sexta editione.*

1. Epiphanii traditionem de loco ubi reperta fuerit Sexta editio jam protulimus; nunc quid de eadem re testatus sit Eusebius disquirendum. Sic igitur ille post verba, τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε, quae juxta grammaticorum scita ad Sextam referenda esse videntur, prosequitur: Ἔν γε μὴν τοῖς ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν, μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται, ὡς ἐν Ἰεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. Ubi vim pronominis τοιῷδε, *qualem nunc dicturus sum*, non animadvertens, Valesius emendationem inopportunam, οὐ μόνον πέμπτην καὶ ἕκτην, ἀλλὰ καὶ ἑβδόμην, quasi prorsus necessariam commendavit. Tacemus alios magni nominis Criticos,[9] qui locutionem ἐπὶ μιᾶς σεσημείωται, quae nihil indicare potest nisi *Origenem super*

[7] Vid. Hex. ad Job. xlii. 11. [8] Vid. Hex. ad Ezech. x. 2. [9] E. g. Vossium, Petavium, Huetium, quorum sententias recensuit Hodius *De Bibliorum Textibus*, pp. 592, 593.

unam harum notam apposuisse, variis sive correctionibus sive explicationibus tentaverunt. Zonaras quidem Eusebii verba summatim afferens, ait: *ἐν δὲ τοῖς ψαλμοῖς καὶ ἑβδόμης μέμνηται ἑρμηνείας, ὡς ἐν Ἰεριχοῖ εὑρημένης*; quod Eusebius aperte non dicit, sed utrum Sexta an Septima fuerit in medio relinquit.

2. A Judaeis auctoribus confectas esse versiones tam Sextam quam Quintam affirmat Hieronymus, dum his verbis Rufinum alloquitur: "Magnis, ut scio, sumptibus redemisti Aquilae et Symmachi et Theodotionis, Quintaeque et Sextae editionis Judaicos translatores;[10] quae tamen quasi rhetorice elocuta non nimis urgenda esse videntur. Sextum vero interpretem Christianum fuisse constat ex ejus interpretatione vaticinii Habac. iii. 13: *Egressus es ad liberandum populum tuum, ad liberandum Unctum tuum;* ad quem locum commentatus est Hieronymus: "Sexta editio, prodens manifestissime sacramentum, ita vertit ex Hebraeo: *Egressus es, ut salvares populum tuum per Jesum Christum tuum;* quod Graece dicitur: *Ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου.*"[11] Nisi quis interpretem nostrum per *Ἰησοῦν* Josuam, qui *Unctus καταχρηστικῶς* dici possit, voluisse, non sine quadam veri specie contenderit.

3. Praeter libros Psalmorum et Cantici Canticorum, qui Sextae editionis lectionibus abundant, etiam in aliis in indicia ejus quamvis obscuriora incidimus. Exempla indubitatae fidei sunt Exod. vii. 9. 3 Reg. xiv. 23, utrumque e versione Syro-hexaplari nunc primum editum; Job. v. 7. xxx. 16 in *Auctario;* Amos i. 11 in Syro-hex. Praeterea in Habacuci vaticinio Hieronymus praeter locum supra allatum, ad quem Sextam nominatim laudat, duas alias versiones anonymas in Commentariis ad Cap. i. 5. ii. 11 memorat, notans: "Reperi, exceptis quinque editionibus, id est, Aquilae, Symmachi, Septuaginta, Theodotionis et Quinta, in XII prophetis et duas alias editiones, in quarum una scriptum est: *Quia lapis* etc., et in altera: *Lapis enim* etc."[12] Has vero cum iis quae Sextae et Septimae nominibus designantur easdem esse, haud improbabiliter conjici potest.

4. Sextum interpretem *paraphrasi gaudere*, quae Montefalconii opinio est, quantum ex illius reliquiis conjicere licet, vix constare videtur. Singulares quidem ejus versiones, praeter locum Habac. iii. 13, appellari possunt Psal. x. 2: *Ut jaculentur* (לִירוֹת) *in caligine in rectos corde.* S'. *εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι τὸ σκότος*; et Psal. cxxvi. 4: S'. *υἱοὶ ἠκονημένοι* (בְּנֵי הַנְּעוּרִים). Singularis quoque, sed optimae notae, est versio a nobis e vitiosa Syri nostri scriptura odorata Cant. Cant. ii. 17: S'. *ἐπὶ τὰ ὄρη μαλαβάθρου* (בֶּתֶר). Sed in loco Psal. xxxvi. 35: *Vidi impium praepotentem, et dilatantem se sicut arbor indigena viridis*, Sextum in mira ejus versione, *εἶδον ἀσεβῆ καὶ ἀναιδῆ ἀντιποιούμενον ἐν σκληρότητι, καὶ λέγοντα· εἰμὶ ὡς αὐτόχθων περιπατῶν ἐν δικαιοσύνῃ*, omnes etiam paraphrastae sanioris limites transcendisse, antecessori nostro facile concedimus.

Obiter notandum vocabulum Nostro peculiare *νεανικότης* Psal. ix. 1. cix. 3.

[10] Hieron. Opp. T. II, p. 528. [11] Hieron. Opp. T. VI, p. 656. [12] Hieron. Opp. T. VI, p. 618.

IV. *De Septima editione.*

De Septima, quae dicitur, versione fere omnia quae explorata sunt in praecedentibus anticipavimus. Epiphanius et imitatores ejus Septimum interpretem ignorabant. Etiam Enneaplorum nomen prorsus inauditum est. Eusebii testimonium jam a nobis examinatum est, quem Hieronymus, ut videtur, in locis supra allatis auctorem habuit, praeterea notans, Quintam et Sextam et Septimam versionem *maxime eorum librorum, qui apud Hebraeos versu compositi sunt fuisse;*[13] quinam autem hi sint ipse docet in Praefatione in Jobum ex Hebraeo conversum, nempe Jobus maxima ex parte, Psalterium, Threni, et Canticum; ad quos tamen neque ab eo neque ab ullo alio commentatore citatur usquam Septima. Ad locum Habacuci, ut jam vidimus, praeter quinque editiones duarum aliarum lectiones allegat, tacitis tamen Sextae et Septimae titulis. Restat Psalmorum liber, ad quem Montefalconius, non e libris MSS., sed Nobilii, ut ait, auctoritate fretus, Septimi interpretis quatuor lectiones in Hexaplis suis recondidit. Primus locus est Psal. xxi. 30, ubi antecessor noster, quem nos quoque incaute imitati sumus, edidit: Ε′. Ϛ′. Ζ′. *ἡ ψυχή μου*; sed Nobilius diserte ait: "V editio et VI ut LXX." Ad Psal. xlix. 21 Nobilius ambigue notat: "Th. ut VII. 'A. *ὑπέλαβες*," siglo VII, quod non raro ei accidit,[14] pro LXX posito, ut cuique pleniorem ejus annotationem a Waltono denuo editam inspicienti patebit; Montefalconius vero: 'A. Θ. Ζ′. *ὑπέλαβες κ. τ. ἑ.* Ad Psal. l. 1, ubi Nobilius notat: "Symmachus ut VII [apud Walton. LXX]. Aq. Theod. *Βεθσαβέθ*," Montefalconius simili errore edidit: 'A. Σ. Θ. Ζ′. *Βηθσαβεέ* (sic). Tandem in quarto loco Psal. xlix. 3, ubi Nobilii annotatio est: "Θ. et VII [Waltonus: Th. et *Septima*] *καταιγίσθη*," Montefalconius pariter edidit: Θ. Ζ′. *καταιγίσθη*. Unde notulam suam exscripserit Nobilius, ignoramus; si autem vera est, hic est unicus in libro Psalmorum, et, si Habacucum excipias, in Bibliis Graecis locus, ad quem Septimae lectio genuina superest; eaque non peculiaris, sed mera versionis Theodotionianae repetitio. Quae si recte a nobis disputata sint, non absurda conclusio est, Septimam quae celebratur versionem aut nunquam exstitisse, aut penitus intercidisse.

---

[13] Hieron. Opp. T. VII, p. 735.

[14] Vid. Hex. nostra ad Psal. xxiv. 17. xxvi. 7, ubi in utroque loco Waltonus LXX, non VII, habet.

CAPUT VI.

De Hexaplorum compositione.

I. De Origenis in Hexaplis adornandis scopo. II. Quo tempore et loco Origenes Hexapla composuerit. III. De ordine versionum Graecarum in Hexaplis coactarum.

I. *De Origenis in Hexaplis adornandis scopo.*

Cum versio Veteris Testamenti LXXviralis Ecclesiae per orbem terrarum *παροικούσῃ* Hebraei archetypi vices sola sustinuerit, conditionem textus ejus, procedente tempore magis magisque declinantis, Ecclesiae praefectis, saltem doctioribus, gravem sollicitudinem attulisse non est quod miremur. Inter eos magnus Origenes, quanto eruditione instructior, et Sacrae Scripturae studiosior fuerit, tanto vehementius de integritate istius versionis, fidei morumque Christianis Graeca lingua utentibus normae, angebatur. Cur autem LXX Seniorum compositio, prout tunc temporis ferebatur, votis doctorum et piorum hominum parum satisfecerit, duplex causa exstitisse videtur: primum, quia ipsa versio Alexandrina, opus diversorum interpretum, diversis, ut credibile est, temporibus pro sua cujusque indole et consilio partes sibi assignatas peragentium, a vero oraculorum divinorum sensu, tum addendo, tum detrahendo, tum prava interpretatione obscurando, quam longissime aberravit; deinde, quia in quingentorum fere annorum decursu per tot scribarum sive oscitantiam sive audaciam parem cum omnibus libris fortunam experta fuerat. Quod ad posteriorem depravationis causam attinet, ipse Origenes instar omnium testis adest. Sic igitur ille in Tomo XV Commentariorum in S. Matthaeum de exemplaribus quatuor Evangeliorum tunc temporis exsistentibus: *Νυνὶ δὲ δηλονότι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορὰ, εἴτε ἀπὸ ῥᾳθυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τῆς διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων ἢ ἀφαιρούντων.* Eandem autem confusionem ex iisdem causis profectam etiam in Veteris Testamenti codicibus exstitisse testificans, illico ait: *Τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν, θεοῦ διδόντος εὕρομεν ἰάσασθαι;*[1] in Hexaplis videlicet, de quibus nunc agitur. Aliam causam, curnam LXX interpretes in versione sua concinnanda interdum a proposito defecerint, memorat Hieronymus, scilicet quia Ptolemaeo regi, Platonis sectatori et unius Dei cultori, mystica quaeque in suorum libris sacris, et maxime ea quae Christi, Dei filii, adventum pollicerentur, prodere noluerint.[2] Respicit in primis, ut videtur, locum insignem Jesai. ix. 5, ubi pro nominibus honorificentissimis, *Admirabilis, Consiliarius,*

[1] Origen. Opp. T. III, p. 671.

[2] Hieron. Opp. T. III, pp. 303, 304.

Deus, Fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis, LXX humiliter verterunt: *Magni consilii angelus; adducam enim pacem super principes, et sanitatem ei.* Sed hic praetextus, etiam si probabilis sit, non nisi ad perpaucas Seniorum mutationes et omissiones excusandas valere possit. Restant in hoc uno Propheta loca innumera, in quibus, etiam absentibus rationibus dogmaticis, versionem eorum, quasi plane absonam, et ab Hebraeo toto caelo discrepantem, in Hexaplis nostris siluimus.[3] Quid dicemus de libro Jobi, cujus sextam fere partem, quasi obscuritate inexplicabili laborantem, LXX in vertendo prorsus praeterierunt? Quid de trajectionibus et lacunis, quae Jeremiae vaticiniorum textum LXXviralem deturpant? Quid de integro Danielis libro, quem inde ab antiquissimis temporibus, repudiata venerabili Seniorum editione, juxta Theodotionis versionem Ecclesia legit? His igitur tot et tantis ulceribus Origenes medicam manum admovere in se suscepit, iis tamen conditionibus, ut neque Judaismi propugnatoribus, cum adversariis suis ex hac versione disputare recusantibus, nimium concederet; neque Ecclesiae Christianae, eandem tanta observatione et reverentia prosequentis praejudiciis offenderet. Proinde, ut voti tam laudabilis compos fieret, non modo Judaeorum linguam edidicit, eorumque volumina propria charactere exarata comparavit, verum etiam Graecas recentiorum interpretum translationes undique corrasit, e quibus omnibus inter se collatis de vera Sacri Codicis interpretatione judicium fieret.[4] Praeterea ne rem tanti momenti arbitrio suo permittere videretur, viam excogitavit, qua lectoribus quoque harum rerum studiosioribus incepti sui ratio et methodus quasi in tabula patefieret; eam videlicet, quae sub Hexaplorum titulo nomen ejus sempiternae gloriae commendavit.

II. *Quo tempore et loco Origenes Hexapla composuerit.*

Origenem circa A. D. 185, imperante Commodo, Alexandriae natum esse; Gallo autem imperante (h. e. A. D. 251–254) aetatis annum septuagesimum agentem Tyro mortem obiisse, ex indubitatis Ecclesiae monumentis colligi potest. Vitam ejus literariam, de qua sola nobis quaestio est, duas in partes dividit annus 232, imperatoris Alexandri Severi decimus, in quo Alexandria expulsus ad Caesaream Palaestinae migravit, ubi, exceptis itineribus et ad breve tempus commorationibus, reliquum vitae curriculum exantlavit.[5] Dum Alexandriae degebat, partim *κατηχήσεως* Christianae muneri, partim philosophiae exotericae institutioni vacabat; donec post brevem in Caesarea peregrinationem Alexandriam reversus, anno circiter 216, commentarios in S. Scripturae libros conscribendi initium fecit; ad quod inceptum tum cohortationibus quotidianis incitando (unde eum in quadam epistola *ἐργοδιώκτην* suum Origenes tantum in Scripturis divinis habuerit studii, ut etiam Hebraeam linguam contra aetatis gentisque suae naturam ediscceret; et exceptis LXX interpretibus, alias quoque editiones in unum congregaret?"

[3] Vid. Hex. ad Jesai. lvii. 9. lviii. 13.

[4] Euseb. Hist. Eccles. VI, 16: *Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν, τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφὰς κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι, ἀνιχνεῦσαί τε τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς ἑβδομήκοντα τὰς ἱερὰς γραφὰς ἡρμηνευκότων ἐκδόσεις.* Hieron. in Libro De Viris Illustribus, Cap. LIV (Opp. T. II, p. 894): "Quis ignorat et quod

[5] Euseb. Hist. Eccles. VI, 26: *Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, καθ' ὃ τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν ὁ Ὠριγένης ποιησάμενος, Ἡρακλᾶ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει.*

vocat[6]), tum sumptus necessarios subministrando, plurimum contulit unus e discipulis ejus, vir amplissimarum facultatum, Ambrosius, quem a Valentini haeresiarchae erroribus ad fidem orthodoxam revocaverat.[7] Inter opera ejus ἐξηγητικὰ Alexandriae conscripta Eusebius recenset Commentariorum in Evangelium S. Joannis tomos quinque priores, in Genesim tomos octo priores, in Psalmos i—xxv, necnon in Threnos, praeter libros Περὶ ἀρχῶν, De Resurrectione duos, et eos qui Στρωματεῖς inscribebantur. Posteaquam Caesaream concesserat, praeter Commentarios Alexandriae inchoatos, scripsit librum De Martyrio, Ambrosio et Protocteto, presbytero Ecclesiae Caesariensis, dedicatum, Epistolam ad Africanum, Commentarios in Jesaiam, Ezechielem, et Canticum Canticorum; e quibus duos posteriores partim Athenis, partim Caesareae elaboravit.[8] Haec Eusebius; in quibus tamen nihil est unde colligi possit, utrum Alexandriae an Caesareae tribuenda sit Hexaplorum compositio. Horum quidem jam antea meminerat in Capp. 16, 17, *post* mentionem Heraclae, quem Origenes, ut S. Scripturae interpretationi enixius incumberet, in societatem muneris catechetici cooptaverat, et *ante* narrationem de Ambrosii conversione, quae in Cap. 18 continetur. His non obstantibus, si quis opinetur, hanc Hexaplorum commemorationem per anticipationem et digressionem, non secundum rerum gestarum seriem, factam esse, nos quidem non acriter repugnantes habebit. Hoc autem posito, sive temporis sive loci, ubi tam insigne assiduitatis eruditionisque monumentum elaboratum fuerit, apud Eusebium quidem nullum indicium apparet.

Epiphanii de Nostri vita et scriptis narratio tantummodo ponenda est, ut e vestigio reprobetur; videlicet Origenem a tempore Decii usque ad Galli et Volusiani imperium et ultra floruisse; in persecutione autem Deciana multa passum, neque tamen martyrio consummatum, Caesaream concessisse, inde Hierosolymam, postea Tyrum; ibique tandem XXVIII annorum spatio commoratum Hexapla confecisse.[9] Quae omnia cum rationibus chronologicis prorsus pugnare nemo non videt. Cum enim Decius imperii potitus sit A.D. 249, Origenes, quem circa A.D. 254 obiisse certum est, vix potuit post Decii persecutionem tribus annis superstes fuisse.

Eusebius, ut vidimus,[10] Nostrum Symmachi Commentarios in Matthaeum, una cum aliis ejusdem S. Scripturae interpretationibus, a Juliana herede ejus accepisse tradit, ipsum

---

[6] Hieron. De Viris Illustribus LXI (Opp. T. II, p. 902).

[7] Euseb. ibid. 23: *Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ Ὠριγένει τῶν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγίνετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου ἐς τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν μυρίαις ὅσαις οὖν προτροπαῖς, οὐ ταῖς διὰ λόγων καὶ παρακλήσεσιν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες· βιβλιογράφοι τε οὐχ ἧττους, ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις· ὧν ἁπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων ἄφθονον περιουσίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρεστήσατο.* Eusebii descriptionem, quae ad Origenis Commentariorum apparatum tantummodo spectat, Epiphanius Haeres. LXIV (Opp. T. II, p. 588), quem secuti sunt recentiores, ad Hexaplorum compositionem transtulisse videtur.

[8] Euseb. ibid. 24, 28, 31, 32.

[9] Epiphan. De Mens. et Pond. 18 (Opp. T. II, p. 174): *Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Δεκίου Ὠριγένης ἐγνωρίζετο, ἀπὸ χρόνων Δεκίου ἀκμάσας ἕως Γαλιήνου* (sic) *καὶ Οὐολουσιανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. ἐπὶ δὲ τοῦ γεγονότος διωγμοῦ τοῦ Δεκίου .... πολλὰ πεπονθὼς, εἰς τέλος τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἔφθασεν. ἐλθὼν δὲ εἰς Καισάρειαν τὴν Στράτωνος, καὶ διατρίψας εἰς Ἱεροσόλυμα χρόνον ὀλίγον, εἶτα ἐλθὼν εἰς Τύρον ἐπὶ ἔτη κή, ὡς ὁ λόγος ἔχει, τὴν μὲν πολιτείαν ἐνησκεῖτο, τὰς δὲ γραφὰς ἡρμήνευσεν, ὅτε καὶ τὰ ἑξαπλᾶ, καὶ τὰς δύο τῶν Ἑβραϊκῶν σελίδας ἄντικρυ ἐκ παραλλήλου μιᾶς ἑρμηνείας πρὸς τὴν ἑτέραν συνέθηκεν, ἑξαπλᾶ τὰς βίβλους ὀνομάσας, καθάπερ μοι ἄνω διὰ πλάτους εἴρηται.*

[10] Supra p. xxviii.

Origenem testem citans. Hunc Eusebii locum Huetius cum Palladii narratione quadam nectit, scilicet Origenem, cum gentilium vexationem fugeret, Caesareae apud Julianam virginem totum biennium delituisse, et in literis animum habuisse; ex comparatione locorum colligens, Julianam Caesareae Cappadociae (?) commorantem, et opibus abundantem, flagrante Maximini (?) persecutione (A.D. 235–238), non hospitio solum, sed bibliotheca (?) quam instructissimam a Symmacho hereditario jure obtinuerat, Origenem excepisse; ibique eum, maximam nactum librorum supellectilem, opus hexaplare inchoasse.[11] Sed haec Viri ingeniosi hypothesis quam levibus incertisque conjectationibus tota pendeat, non est quod moneamus. Unum constat, Origenem Hexapla sive Tetrapla sua tunc edidisse, cum Epistolam ad Africanum et Commentarios in S. Matthaeum conscribebat; in quorum scriptorum utroque editionis V. T. a se elaboratae, obelis et asteriscis distinctae, disertam mentionem facit.

III. *De ordine versionum Graecarum in Hexaplis coactarum.*

Post duas columnas Hebraicas ceteris praeivisse Aquilae editionem, proxime autem secutam esse Symmachi, deinde LXX interpretum, postremo Theodotionis versionem, consensu veterum auctorum extra omnem controversiam positum est. Epiphanius non solum quatuor editiones hoc ordine nominat, sed philologorum quorundam in causis istius collocationis explicandis errorem corrigit. Hieronymus autem Hexaplorum compositionem sic clare et sine ambage describit: "Unde et nobis curae fuit omnes veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digesserat, de Caesariensi bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare: in quibus et ipsa Hebraea propriis sunt characteribus verba descripta, et Graecis literis tramite expressa vicino; Aquila etiam et Symmachus, Septuaginta quoque et Theodotio suum ordinem tenent."[12] Accedit Auctor Epistolae versioni Harethi praepositae; necnon Pentaplorum specimen in Codice Barberino ad Hos. xi. 1 reconditum, ubi columnarum series clare exhibetur. Sequestrata Seniorum editione, ordo trium interpretum in scholiis et annotationibus marginalibus usu receptus est 'A. Σ. Θ., unde Theodotioni *ἡ τρίτη ἔκδοσις* tribuitur in scholio ad Ezech. xxv. 4 appicto. Nec tamen dissimulandum est, tum in libris Graecis tum in versione Syro-hexaplari Theodotionem Symmacho aliquando praeponi, utrum casu an propter rationes chronologicas incertum.[13] In tali autem qualem descripsimus quatuor versionum syntaxi, non temporis quo quaeque edita fuerit rationem haberi quivis videt; nam editionem *τῶν* O′ omnium longe antiquissimam esse manifestum est; Theodotioni autem Symmachum priorem fuisse argumentis refutare conati sumus. Epiphanius quidem censuit, Origenem versioni LXXvirali quasi omnium accuratissimae medium locum assignasse, ut ceteras utrinque positas manifestius erroris convinceret;[14] quod futilissimum est, et Origeniani

[11] Huetius in *Origenianis*, III, 2, 3. [12] Hieron. Opp. T. VII, p. 734. [13] Ordo 'A. Θ. Σ. reperitur apud Hieron. Praef. in Daniel. (Opp. T. V, pp. 621, 622), et Suidam s. v. *κνίζων* (vid. Hex. ad Amos vii. 14). Peculiaris est Philoponi in Hexaemero usus, qui versiones Graecas notiores hoc ordine, O′. 'A. Θ. Σ., allegat. [14] Epiphan. De Mens. et Pond. 19 (Opp. T. II, p. 175): *Τινὲς τοίνυν, ὡς ἔφην, ταύταις ταῖς βίβλοις ἐντυγχάνοντες, καὶ εὑρίσκοντες τὰς δύο*

operis scopo quam maxime repugnans; e recentioribus autem alii alias rationes excogitaverunt. Aquilam primum inter tres interpretes locum obtinuisse, tum propter aetatis privilegium, tum quia proxime omnium ad Hebraicam veritatem accedebat, nemini fortasse absurdum videbitur. Porro Theodotionem Senioribus, quos in primis imitandos sibi proposuerat, arctissime adhaerere, pariter cum recta ratione congruit. Sed qua de causa LXX et Theodotionem Aquilae et Symmacho Origenes posthabuerit, ipse viderit. Nobis quidem, si integrum Hexaplorum corpus, non disjecta ejus membra, edendum fuisset, ab Auctoris methodo vel hilum discedere religioni fuisset. In praesenti vero operis conditione, lectorum utilitati magis consulturos nos esse credidimus, si venerabili LXX interpretum versioni praerogativa reservata, ceteras ordine usu sancito ei postponamus; ut illa ad Hebraeum archetypum proxime praecedens prius exacta, erroribus et defectibus ejus e reliquorum interpretum promptuario commodius subveniatur.

CAPUT VII.

De LXX interpretum versione, ut in Hexaplis erat.

I. De editione τῶν Ο′ hexaplari in universum. II. De Asteriscorum, Obelorum etc. forma et valore. III. De Lemnisco et Hypolemnisco. IV. De regulis, quas in textu LXXvirali reformando Origenes sibi praescripserit. Appendix I. De obeli pictura (⳾) versionis Syro-hexaplaris peculiari. Appendix II. Versionis Syro-hexaplaris Notitia generalis.

I. *De editione τῶν Ο′ hexaplari in universum.*

Collectis undique quotquot ferebantur versionibus V. T. Graecis, et una cum vulgari LXX interpretum editione per columnas parallelas (quae dicuntur) quo facilius inter se comparentur dispositis, praemissis quoque, in Hexaplis saltem, duabus paginis Hebraicis, ex hoc tam operoso incepto exoriebatur opus, quod ad rectam oraculorum divinorum intelligentiam maximum momentum haberet, et vere Hexaplorum titulo ornaretur. Sed hoc Adamantio nostro non satisfecit. Ut Hieronymi verba nostra faciamus, "Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur; sed, quod majoris audaciae est, *in editione LXX*

Ἑβραϊκὰς πρώτας κειμένας, μετὰ ταύτας δὲ τὴν τοῦ Ἀκύλα τεταγμένην, μεθ' ἣν καὶ τὴν τοῦ Συμμάχου, ἔπειτα τὴν τῶν οβ′, μεθ' ἃς ἡ τοῦ Θεοδοτίωνος συντέτακται, καὶ ἑξῆς ἡ πέμπτη τε καὶ ἕκτη, δοκοῦσι πρώτους ἑρμηνεῦσαι τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον τῶν οβ′ κατὰ τὴν τάξιν τῆς θέσεως, ὅπερ οὐκ ἔστιν· ἀλλ' Ὠριγένης, πυθόμενος τὴν τῶν οβ′ ἔκδοσιν ἀκριβῆ εἶναι, μέσην ταύτην συνέθηκεν, ὅπως τὰς ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ἑρμηνείας διελέγχῃ.

Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quae minus ante fuerant, et virgulis quae ex superfluo videbantur apposita."[1] Ad hujusmodi autem propositum assequendum duae viae ei se obtulerunt; una, ut Hexaplis quales modo descripsimus confectis, aliud opus aggrederetur, quod quintam tantum columellam, LXXviralem scilicet, e Theodotione ceterisque emendatam, contineret; altera, ut praetermissa vulgari τῶν O′ editione, textum a se refictum, asteriscis obelisque distinctum, in quintam Hexaplorum paginam reponeret. Non desunt quidem qui existiment Origenem priorem viam iniisse; videlicet ut distinctiones praedictas non in editionem hexaplarem introduceret, sed in aliam seorsim adornatam, qualem hodieque exhibent codex Graecus Sarravianus, et versio Pauli Telensis Syro-hexaplaris.[2] Sed ut Hieronymi declarationem taceamus, in scholiis Graecis innumera exstant loca, quae contrarium aperte probent; nempe editionem τῶν O′ hexaplarem non diversam fuisse ab ea quam in exemplaribus modo memoratis hodie manu terimus. Praeterea cum certis locis (e.g. Exod. xxxvi—xxxix, Jerem. xxv—li) ordo capitum et commatum, qualis in LXX reperitur, ab eo qui in Hebraea veritate ceterisque versionibus Graecis exstat mirum quantum dissideat, non videmus qua ratione editio LXXviralis ceteris interponi posset, nisi juxta illarum seriem denuo reformaretur; id quod in editione ejus hexaplari factum esse exploratum est. De hac igitur editione nunc nobis agendum; quod tamen commode fieri vix potest, nisi de valore et usu variorum signorum, quae operi Origeniano incumbentibus in oculos incurrunt, prius disseramus.

II. *De Asteriscorum, Obelorum, etc. forma et valore.*

1. Asteriscorum et obelorum usum Origenem non ipsum invenisse, sed a grammaticis, qui in auctorum profanorum, in primis Homeri, scriptis artem criticam exercebant, mutuum sumpsisse, omnibus notum est. Apud hos obelum (–) universalem ἀθετήσεως sive νοθείας notam esse constat; asterisci vero ceterarumque notarum significatio non omnibus eadem fuisse videtur, sed alia in Homero, alia in lyricis et tragicis, alia in Platone et Demosthene deprehenditur. Quod ad Homeri annotatores attinet, obelus quidem locis sive στίχοις non tam e *criticis* (quae nunc dicuntur) rationibus, quam ex ipsorum censorum sensu ac judicio νενοθευμένοις appingitur. Sic ad Il. A, 29–31:

> –Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
> –ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης,
> –ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν,

Ἀθετοῦνται, inquit Scholiasta, ὅτι ἀναλύουσι τὴν ἐπίτασιν τοῦ νοῦ καὶ τὴν ἀπειλήν . . . ἁπρεπὲς δὲ καὶ τὸ Ἀγαμέμνονα τοιαῦτα λέγειν. Asteriscum autem locis poetae insignioribus praemitti solitum esse, ut obelus reprobatis, vulgaris quidem, sed parum accurata est virorum eruditorum sententia.[3] Scilicet ex Eustathii aliorumque praescripto asterisci nullus usus est, nisi in versi-

[1] Hieron. Praef. in Paralip. (Opp. T. IX, p. 1325 ed. Migne). [2] Vid. Hodius *De Bibliorum Textibus*, p. 608. [3] H. Stephani *Thes. Graec. Ling.* s. v. Ἀστερίσκος: "Solebat addi locis insignibus, quemadmodum contra obelus τοῖς

culis qui *bis totidem verbis* leguntur; quam rem grammaticorum filii aegre ferentes, ex altero loco in alterum eos male translatos esse statuebant: quo sumpto, locum ubi belle habere videbantur, asterisco (※) singulis versiculis praeposito illustrabant; eum autem ubi minus apte legebantur, obelo et asterisco (—※ vel ※—) praenotabant. E. g. ad Il. A, 177 pingitur:

—※ Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε.

E contrario ad Il. E, 891:

※ Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε,

ad quem posteriorem locum Eustathius notat: Ἐν δὲ τῷ, αἰεὶ γὰρ ἔρις τε φίλη καὶ ἑξῆς, ἀστέρα... παρατιθέασιν οἱ παλαιοὶ, ὡς ὧδε κάλλιστα κειμένου τοῦ λόγου ἢ ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως ἐν τῇ ᾱ ῥαψῳδίᾳ. Rursus ad Od. Π, 281–298: —※ Ἄλλο δέ τοι ἐρέω—μητιέτα Ζεύς, idem commentatus est: Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἡ περὶ τῶν ὅπλων ἐνταῦθα παραγγελία τῇ τῆς τ̄ μάλιστα ῥαψῳδίᾳ ᾠκείωται κατὰ τοὺς παλαιούς· ὧδε γὰρ ὀβελίζονται, φασὶ, τὰ τοιαῦτα ἔπη μετὰ καὶ ἀστερίσκων· ἐκεῖ δὲ καιριώτατα κεῖνται, ὅπου καὶ εἶδεν Ὀδυσσεὺς τὰ ὅπλα· νῦν γὰρ, φησὶν, ἐν ἀγροῖς ὢν πῶς οἶδεν ὅτι πρόχειρα κεῖνται ὅπλα ἐν τῷ οἴκῳ;

2. Notarum criticarum usum, a profanorum scriptorum censoribus inventum, quibus conditionibus Origenes ad opus suum accommodaverit nunc videndum. Montefalconius rem sic breviter conficit: videlicet quod textui LXXvirali adjiciendum esset, Origenem asterisco praenotasse; quod vero expungendum, obelo. Cautius et rectius Auctor Scholiorum in Proverbia a Tischendorfio editorum: Ὅσοις οἱ ὀβελοὶ πρόσκεινται ῥητοῖς, οὗτοι οὐκ ἔκειντο οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς, οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, ἀλλὰ παρὰ μόνοις τοῖς ō· καὶ ὅσοις οἱ ἀστερίσκοι πρόσκεινται ῥητοῖς, οὗτοι ἐν μὲν τῷ Ἑβραϊκῷ καὶ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐφέροντο, ἐν δὲ τοῖς ō οὐκέτι.[4] Epiphanius quidem, vir nequaquam limati judicii, quidlibet in versione Seniorum sive adjiciendum sive demendum esse negat, temere affirmans, verba quae ab iis praetermissa sint, recte, quasi in Hebraeo διασσολογούμενα et superflue posita, praetermissa fuisse (e. g. Gen. v. 5: καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ τριάκοντα καὶ ἐνακόσια ἔτη pro Hebraeis ἐνακόσια ἔτη καὶ τριακόσια ἔτη); quae autem ab iis in textum Hebraeum invecta esse videantur, non otiose, sed optimo consilio addita fuisse, ut sensum obscurum et mancum illustrent ac suppleant.[5] Sed talem defensionem ipsum facti auctorem Origenem probaturum fuisse vix crediderimus. Audiamus eum de suo instituto clare et ingenue exponentem: Τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν, θεοῦ διδόντος, εὕρομεν ἰάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν... καὶ τινὰ μὲν ὠβελίσαμεν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντη περιελεῖν· τινὰ δὲ μετ'

ἀθετουμένοις." Smith (Dr. W.) *Dictionary of Greek and Roman Biography*, Vol. I, p. 291: "He (Aristarchus) marked those verses which he thought spurious with an obelos, and those which he considered as particularly beautiful with an asterisk."

[4] Tischendorf. *Notit. Cod. Sin.* p. 76. Ad οὗτοι utrobique οἱ τόποι subintelligit Tischendorfius, quod ferri nequit. Immo οὗτοι sunt οἱ ὀβελοὶ et οἱ ἀστερίσκοι, quae voces non modo ipsas notas criticas, sed, ut mox videbimus, *locos obelis et asteriscis insignitos* denotant.

[5] Epiphan. De Mens. et Pond. 2, 3 (Opp. T. II, pp. 159–161). Idem ibid. 17 τοῖς οβ′ non solum interpretum, verum etiam ἀπὸ μέρους προφητῶν personam vindicat; ὧν γὰρ οὐκ ἦν χρεία εἰς ἑρμηνείαν παρῆκαν, ἅτινα εἰς ὕστερον ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν τόποις μετὰ ἀστερίσκων Ὠριγένης συνέθηκεν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ προστεθέντα οὐκ ἀφείλατο, εἰδὼς ὅτι αὐτῶν μᾶλλόν ἐστι χρεία, ἀλλὰ μετὰ ὀβελῶν ἔνθα ἕκαστον τῶν εἰρημένων ηὗρεν εἴασε, μόνον σημειωσάμενος διὰ τοῦ ὀβελοῦ τὴν περὶ τῆς τοῦ τόπου ἀναγνώσεως εἴδησιν.

ἀστερίσκων προσεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ᾖ ὅτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς O′ *ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων συμφώνως τῷ Ἑβραϊκῷ προσεθήκαμεν· καὶ ὁ μὲν βουλόμενος πρόσηται αὐτά· ᾧ δὲ προσκόπτει τὸ τοιοῦτον, ὃ βούλεται περὶ τῆς παραδοχῆς αὐτῶν ἢ μὴ ποιήσῃ.*[6] Quibus verbis dum Senioribus debitum honorem et reverentiam reservat, non obscure innuit, se non esse e numero eorum quibus emendationes versionis eorum certissimas juxta Hebraeum factas admittendi aut rejiciendi liberum arbitrium permiserit. Certe omissiones et additiones eorum si non damnat, non tamen excusat, multo minus defendit. Teneamus igitur ex Origenis usu obeli notam vim suam *ἀθετητικὴν* eatenus conservare, ut verba ei subjecta non tam spuria quam superflua esse indicet; asteriscum vero non meram additionem, sed additionem rite et probabiliter, interdum necessario factam denotare.

Quod reliquum est, ab Homeri criticorum usu vix hilum discedit alia Origenis nota, quae ex juxtapositione obeli et asterisci constat. Hujus usus, antecessoribus nostris plane incogniti, prima notitia debetur editioni Codicis Ambrosiani a Middeldorpfio concinnatae, in qua pluribus libri Proverbiorum locis a LXX transpositis appingitur nota (÷※) vel (※÷). Exempli gratia; in Cap. xx statim post v. 9 exemplaris Hebraei, interpres Graecus interpolavit pericopam, quae in Hebraeo est vv. 20–22; Origenes autem, *aliter ac in ceteris libris facere solet*, ordinem *τῶν* O′ praeposterum servavit, praemissa tantum nota praedicta, hoc modo:

÷※ *κακολογοῦντος πατέρα ἢ μητέρα σβεσθήσεται λαμπτὴρ,*
÷※ *αἱ δὲ κόραι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὄψονται σκότος.*
÷※ *μερὶς ἐπισπουδαζομένη ἐν πρώτοις*
÷※ *ἐν τοῖς τελευταίοις οὐκ εὐλογηθήσεται.*
÷※ *μὴ εἴπῃς· τίσομαι τὸν ἐχθρὸν,*
÷※ *ἀλλ' ὑπόμεινον τὸν κύριον ἵνα σοι βοηθήσῃ.*

Hucusque Origenis usus cum Homerico accurate concinit; sed post v. 19, ubi juxta posteriorem iidem versiculi quasi in propria sede cum simplici asterisco repetendi erant, Noster hoc non fecit, sed semel positos secunda vice omittere maluit.[7] Versionis Syro-hexaplaris auctoritatem egregie confirmat Auctor Scholiorum in Proverbia e Codice Patmio recenter descriptorum, qui post verba a nobis modo excitata haec habet: *τὰ δὲ ἡστερισμένα ἐν ταις ᾧ καὶ ὠβελισμένα ῥητὰ, φέρονται μὲν παρὰ τοῖς ō, φέρονται δὲ καὶ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς, τὴν θέσιν δὲ μόνην παραλλάσσουσιν οἱ λοιποὶ καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν παρὰ τοὺς ō· ὅθεν ὠβέλισται ἐν ταυτῷ καὶ ἠστέρισται, ὡς παρὰ πᾶσι μὲν φερόμενα, οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ τόποις.*[8]

[6] Origen. Opp. T. III, pp. 671, 672. Versus finem *πρόσηται* pro *πρόηται* ex emendatione Grabii (*De Vitiis* etc. p. 50) recepimus. [7] Praeterea in Codice Ambrosiano scriba ad vv. 20, 10 et 23 appinxit notas transpositionis, 𐤉𐤁, 𐤉𐤊, et 𐤉𐤉𐤋, scholio ad singulas apposito: *Ὡς ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποί.* Similiter post Cap. xxiv. 22 sequuntur Cap. xxix. 27—xxx. 14 (sub ÷※); Cap. xxiv. 23–34; Cap. xxx. 15—xxxi. 9 (sub —※); Cap. xxv. 1—xxix. 27; Cap. xxxi. 10 ad finem; appictis numeris, 𐤉𐤉𐤋, 𐤉𐤊, 𐤉𐤉𐤉𐤄, 𐤉𐤁, et 𐤉𐤉𐤉𐤉𐤂, cum scholio, ut ante. [8] Tischendorf. in *Mon. Sacr. Ined.* T. III, p. xvii: "In iis quae supra ex Cod. Patmio exscripsimus, dicuntur ab Origene nonnulla simul et asterisco et obelo notata esse... Quod si recte assertum est, quamvis alibi nihil ejusmodi traditum sit [?], quaeritur an eodem sensu accipiendum sit signum ※̄, quod p. 93, 2, 8 [Num. vi. 21: *περὶ τῆς ψυχῆς ※̄ αὐτοῦ*:] edidimus, atque ita explicuimus, ut ÷ prima manu datum, ※ altera substitutum diceremus, quamvis

3. Quod ad formam notarum Origenianarum attinet, in asterisco quidem pingendo vix ulla varietas observanda est. Eustathii descriptio haec est: *Ἔστι δὲ τὸ σημεῖον τοῦ ἀστερίσκου.. διὰ τοῦ* $\overline{\text{X}}$ *στοιχείου τετραχῆ στιζομένου κατὰ τὴν τῶν γραμμάτων ἐπίζευξιν, οὕτω* (※).[9] Eandem fere figuram exhibet Epiphanii textus editus, in quo tamen extremitates linearum crucis leviter inflexae sunt, ut in altera linea litera $\bar{\chi}$ forma cursiva (quae dicitur) exaratae.[10] In versione Syro-hexaplari *asteriscus* (ܐܣܛܪܝܣܩܘܣ?) sive *stellula* (ܟܘܟܒܐ) usitatam formam habet, sed semel atque iterum non propensus (※), sed erectus (⁜) reperitur.[11] In libris Graecis utraque pictura aeque usu recepta est. Apud Hieronymum editum semper ※ pingitur. De obeli autem forma quaestio satis perplexa est. Eustathio auctore, obelus est linea recta, et pingitur sic (–).[12] Epiphanius ait: *Ὀβελὸς οὗτός ἐστιν ὁ παρακείμενος* (—), *παραπλησίως γράφεται τῇ καλουμένῃ γραμμῇ· ὀβελὸς δὲ κέκληται κατὰ Ἀττικὴν χρῆσιν, ἄλλοις δὲ καλεῖται δόρυ, ὅ ἐστι λόγχη*; sed figura in textu edito depicta pugioni similior est, cuspide sursum reclivi, altera autem extremitate orbiculo et capula munita.[13] In versione Syro-hexaplari multiplex est obeli figura, sed ceteris usitatior ÷, deinde ÷, rarius ÷, perraro ⁝.[14] Etiam nomen in dicto opere cum figura variat; siquidem ÷ et ÷ diserte *obeli* et *obelisci* (ܐܘܒܠܝܣܩ et ܐܘܒܠܝܣܩܐ) nominantur,[15] posterior autem etiam *lemniscus* (ܠܡܢܣܩܘܣ) appellatur,[16] quo titulo ab Epiphanio quoque et aliis, qui usum ei ab obelo diversum assignant, insignita est. In versione Harethi (Arab. 1, 2) pro ÷ et ÷, ut Holmesius pingit, in codicibus ÷ et ÷ exstare non dubitamus.[17] Transeamus ad libros Graecos hexaplares, inter quos eminet Codex Sarravianus, cujus in obelis pingendis usus valde notabilis est. Scilicet ubicunque obelus in media linea occurrerit, pingitur ÷[18] (non ⁝, ut Holmesius edidit, quem nos in Genesi incaute imitati sumus); in initio autem lineae virgula recta, cujus extremitates levissimam incurvationem sursum et deorsum habent, ut e sequenti specimine (Gen. xxxiv. 14) clarius apparebit:

και ειπαν αυτοις ÷ *συ*
— *μεων και λευει οι α*
— *δελφοι δεινας ϋϊοι*
— *λειας: ου δυνησομε*
θα.

lineola non sit extincta." Signum ※ fortuitum esse nulli dubitamus; verum utut sit, exempla e Codice Sarraviano allata cum scholio nostro nihil commune habent; quippe quae neque ullam transpositionem continent, et ad Pentateuchum, non ad Proverbia, *cui libro peculiaris est hic usus*, pertinent. [9] Eustath. ad Od. 1, 252 (p. 1627, 60). [10] Epiphan. De Mens. et Pond. 2 (Opp. T. II, p. 159). [11] E.g. Num. xviii. 4 (male pro ÷). Jos. xiii. 8. Jud. xv. 5 (fortasse pro ÷). 3 Reg. xxii. 15. [12] Eustath. ad Il. A, 463 (p. 136, 13): *Ἀπὸ δὲ τοῦ Ὁμηρικοῦ ὀβελοῦ καὶ τὸ γραφικὸν σημεῖον μετήνεκται ὁ ὀβελός, ὅς ἐστι γραμμή τις εὐθεῖα, προτιθεμένη στίχων ἤτοι ὀρδίνων ἔξω.* [13] Epiphan. De Mens. et Pond. 3 (Opp. T. II, p. 160). [14] Forma ⁝, quam Middeldorpf. pro iis quae in apographo Norbergiano invenit, videlicet ÷ et ÷, perperam substituit, in codice est merus index, cujus superscriptione lectiones marginales cum textualibus connectuntur. Loca paucissima, in quibus obeli vice fungi videtur, sunt Gen. xxxix. 17. 3 Reg. xxi. 20, 28 (non Jud. vi. 32, ubi index est). Praeterea in Codice Chisiano ad Dan. i. 20. iv. 8, et sub initium Susannae, pro ÷ pingitur ⁝, notante, sed differentiae rationem aliis discutiendam relinquente, Bugato in *Annotationibus*, p. 131. [15] Vid. Hex. ad Exod. xxii. 5. 4 Reg. xv. 5. Ezech. xxi. 4. [16] Vid. Hex. ad Jerem. xxvii. 18, ubi formam signi a Norbergio vel typotheta ejus immutatam esse temere suspicatur Skat Rördam in *Praef. ad Libros Judicum et Ruth*, p. iv. [17] Vid. White (Rev. Joseph) *Letter* etc. pp. 26–28. [18] Sic in codice typis descripto

Praeterea in libro Judicum pro ⸗ sufficitur ÷ vel ÷; pro ⁓ autem ÷. Etiam Codicem Marchalianum duas obeli formas in eadem lectione agnoscere, inferimus ex nota marginali ad Thren. v. 4:

÷ ἐξ ἡμερῶν
— ἡμῶν.

Denique in Hieronymi scriptis, quantum e libris editis colligere licet, obelus sive veru est linea recta inter duo puncta jacens, hoc modo: ÷ vel ÷.[19]

4. Ex iis quae disputavimus necessario concluditur, Origenem duas tantum notas, primarias saltem, asteriscum et obelum, Hexaplorum suorum in gratiam invenisse; obeli autem, quotquot sunt, formas, —, ⸗, ÷, ÷, ⸗, ⁓, unam eandemque significationem prae se ferre, videlicet verba quae iis subjecta sint, ut cum Hieronymo loquamur, *in LXX interpretibus plus haberi*; vel, ut idem alio loco reverentius ait, ab iis addita fuisse, *vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus Sancti auctoritatem, licet in Hebraeis voluminibus non legantur.*[20] Quaestionem de significatione lemnisci et hypolemnisci inde ab Epiphanio agitatam, ut et aliam de usu notae ⸎ in exemplari Syro-hexaplari frequentatae, mox tractabimus; nunc conclusionem nostram, ab antecessorum nostrorum placitis cummaxime desciscentem, opinionibus duumvirorum in re diplomatica peritissimorum, Constantini Tischendorf et Antonii Ceriani, confirmabimus. Sic igitur ille in *Monumentorum Sacr. Ined. Collectione Nova*, T. III, p. xvi: "Ad duo autem signa illa, asteriscum et obelum, accedunt alia duo, lemniscus et hypolemniscus, qui quamvis jam Epiphanium et Hesychium exercuerint, nec quam formam habuerint, nec quam significationem, satis constat. Ex iis vero quos vidimus veterum locis, ipsius potissimum Origenis atque Hieronymi, clarissimum fit, multo plus ponderis asteriscos et obelos quam reliqua signa habuisse, quum totam Hexaplorum rationem describentes in illis solis acquieverint." Hic autem in *Praefatione ad Monumenta Sacra et Profana*, T. I, F. I, p. x non obscure innuit, "ex usu veterum ante Origenem, ex hujus et S. Hieronymi testimonio, et ex critica in locos notis insignitos inquisitione statuendum esse, Origenem praeter asteriscum solum obelum usurpasse, cujus formae multiplices in codicibus vetustissimis S. Epiphanio fraudi fuerunt."

5. Cum loca asteriscis et obelis praenotanda interdum per duos vel plures *στίχους* se extenderent, in evidentiorem rei declarationem Hexaplorum sive conditori sive descriptoribus usu venit, ut notam distinctionis non solum initio pericopae, verum etiam singulis *στίχοις* praeponerent; quem usum innumeris erroribus occasionem dedisse exploratum est. Exempli

---

Tischendorfius; sed in *facsimili* (quod dicitur) tum ab eo, tum a Montefalconio in *Palaeogr. Gr.* p. 188 edito, duo puncta non sub media linea, sed versus sinistram ejus extremitatem posita sunt, hoc modo ⸗, vel etiam ⸗. Porro forma obeli ⸗ usurpatur in Cod. 88 per librum Jesaiae. [19] Hieron. Praef. in Psalmos (Opp. T. X, p. 119 ed. Migne): "Notet sibi unusquisque vel jacentem lineam, vel signa radiantia; id est, vel obelos (÷) vel asteriscos (※). Et ubicunque viderit virgulam praecedentem, ab ea usque ad duo puncta (:), quae impressimus sciat in LXX translatoribus plus haberi: ubi autem stellae (※) similitudinem perspexerit, de Hebraeis voluminibus additum noverit, aeque usque ad duo puncta." [20] Hieron. Opp. T. X, p. 404 ed. Migne.

gratia: scriba indoctus, qui in archetypo suo, arctioribus columnis descripto, locum Dan. iii. 2 versionis LXXviralis sic forte pictum invenerit:

. . . . καὶ Ναβουχο-
δόνοσορ βασιλεὺς ÷ βασιλεύων
÷ καὶ κυριεύων τῆς οἰκουμένης
÷ ὅλης ◂ ἀπέστειλεν ἐπισυναγα-
γεῖν ÷ πάντα τὰ ἔθνη καὶ φυ-
÷ λὰς καὶ γλώσσας ◂ σατράπας
στρατηγοὺς κ. τ. ἑ.

eundem cum in latiori pagina describeret, obelorum significationem ignorans, sic fortasse repraesentavit:

καὶ Ναβουχοδόνοσορ βασιλεὺς
÷ βασιλεύων ÷ καὶ κυριεύων τῆς οἰκου-
μένης ÷ ὅλης ◂ ἀπέστειλεν ἐπισυν-
αγαγεῖν ÷ πάντα τὰ ἔθνη καὶ φύ÷λας
καὶ γλώσσας ◂ σατράπας στρατηγοὺς κ. τ. ἑ.

quam confusionem quantas sequenti transcriptori turbas dedisse opus sit quivis videt.[21] Nemo igitur, ut speramus, temeritatis nos insimulabit, quod in nostra Hexaplorum editione usum inveteratum, sed minus probum, infringere ausi simus, obelo vel asterisco non nisi in initio pericopae posito, ita ut vis sive ditio ejus usque ad sequens metobeli signum pateat. Hic autem *metobelus* (ita dictus sive obelus praecedat, sive asteriscus) in exemplaribus Syriacis et Arabicis cuneoli (◂) formam induit;[22] in Graecis autem et Latinis e duobus punctis, altero alteri superimposito (:), rarius (ut in Chisiano Danielis a De Regibus edito, et semel atque iterum in Sarraviano) e linea sinistrorsum inclinata cum uno vel duobus punctis appositis (/., ·/, '/.) constat. In hoc quoque usu nos tantulum innovavimus (vel potius ante nos Masius in textu Josuae Graeco-hexaplari edendo), ut cuneoli notam, quasi manifestiorem et confusioni minus obnoxiam, etiam in Graecis nostris adoptaremus.[23]

III. *De Lemnisco et Hypolemnisco.*

In Hexaplis pingendis obeli (–), lemnisci (÷) et hypolemnisci (⸗) significationem unam

[21] Bugati in *Praef. ad Daniel.* pp. v, vi. Cf. Hex. nostra ad Exod. xxxv. 12. xxxviii. 31. [22] Aliam cuneoli picturam exhibet Auctor Epistolae Harethi versioni praemissae, p. 20: "Porro unam notam communem omnibus, in quibus aliqua fuit discrepantia, sive obelo, id est, simplici linea, sive hypolemnisco, id est, linea puncto supposita, sive lemnisco, id est, linea duobus punctis insignita, notanda, qua clauderetur adscripta differentia sive nominis, sive verbi, sive sententiae, adhibuit, quam *completoriam* nominavit, hujusmodi figura descriptam ⳾." [23] In libro Jobi, a quo novam Hexaplorum editionem inchoavimus, metobelum in fine pericopae, tum cum in lectione nostra nil ultra subsequeretur, consulto omisimus; quod nunc factum nollemus. E. g. Cap. i. 16: ※'A. ἐκτός (potius ※'A. ἐκτός ◂). Cap. ii. 1: ο'. ※'A. Θ. παραστῆσαι ἐναντίον τοῦ κυρίου (κυρίου ◂). Cap. ii. 13: ο'. ※ καὶ ἑπτὰ νύκτας (νύκτας ◂). Sic Cap. xv. 26, 27: ※ Θ. ἐν πάχει—ἐπὶ τῶν μηρίων (potius μηρίων ◂; sed recte ad v. 26: ※ Θ. ἐν πάχει νώτου ἀσπίδος αὐτοῦ (non αὐτοῦ ◂), quia Theodotionis lectio ulterius procedit.

eandemque fuisse, eam scilicet quae obelo soli vulgo tribuitur, ex usu tum librorum Graecorum hexaplarium tum versionis Syro-hexaplaris in praecedenti argumentatione demonstravimus. Sed hic contra assurgit Epiphanius, qui de obeli vi ab Origene, Hieronymo et ceteris non discedens, lemnisco et hypolemnisco significationem prorsus aliam vindicat, quae, quantum ex verbis ejus satis perplexis colligi possit, nunc declaranda est. Scilicet hujus rei expositionem Epiphanius inde repetit, quod LXX interpretes, secundum historiam a se comprobatam, non collatis studiis, sed in paria triginta sex, totidem cellulis inclusa, distributi versionem suam concinnaverint. Ubicunque igitur (quod rarius accidere affirmat) in opere eorum lectionem discrepantem (non quidem Hebraeo plus habentem, neque lectionibus sui similibus appositam) lemnisco vel hypolemnisco praenotatam inveneris, noveris a *duobus* interpretum paribus in priore casu, in posteriore autem ab *uno* tantum pari, juxta punctorum numerum, lectionem istam profectam esse.[24] Exempli causa: quando legeris in Psal. lxx. 15: *τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ἀναγγελεῖ τὰς δικαιοσύνας σου*; vel in Psal. lxxi. 14: *καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ*, praemissa lectione idem sonante, *καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*, lemnisco vel hypolemnisco alterutri appicto monearis, versionem istam non nisi in duobus vel uno parium XXXVI reperiri. Alio loco, de eadem re disserens, Epiphanius iterum affirmat, versiones de quibus hic agitur non dissimiles esse, sed similes et idem sonantes, *ὡς ἂν εἴποι τις ἀντὶ τοῦ ἐλάλησεν, ἐφθέγξατο, ἢ ἀντὶ τοῦ ἦλθεν, ἐλήλυθε*.[25] In eandem sententiam Auctor Epistolae versioni Harethi praepositae, quem ab Epiphanio sua hausisse vix dubium esse potest, "Quod si quid," ait, "apud duo interpretum paria reperiatur, in quo a ceteris eorum paribus diversi abeant, ita ut ceteris aliquid addidisse videantur ipsi, hoc etiam libri textui insertum linea duobus punctis infra scilicet et supra insignita notavit, ad hanc formam ÷, quod signum Graeco nomine *λημνίσκον* appellavit. Atque ubicunque reperitur hujusmodi lemniscus literae aut verbo aut nomini aut sententiae appositus, hinc voluit indicium sumeres reperiri illud apud duo interpretum paria, non autem occurrere vel in textu Hebraico, vel in ceteris interpretibus... Neque tamen putet aliquis, cum audierit mentionem factam verbi, vel quod ab

[24] Epiphan. De Mens. et Pond. 8 (Opp. T. II, p. 165): *Διὸ καὶ τοῦτο τὸ τοῦ σημείου σχῆμα τοῖς θείοις λόγοις παρέθετο* [corrige e Syro *παρέθεντο*], *ἵν' ὅτε σπανίως που εὕροις ἐν τῇ τῶν οβ' ἑρμηνείᾳ διαφωνοῦσαν λέξιν, οὐ μὴν παρὰ οὖσαν, οὐδὲ προστεθειμένην ταῖς ὁμοίαις αὐτῇ λέξεσι, γνοίης ὅτι ὑπὸ μιᾶς ζυγῆς ἡ δύο αὕτη ἡρμηνεύθη ἡ λέξις, διὰ τὰ παρακείμενα δύο κεντήματα.* In loco obscuro Epiphanii versionem Syram in Museo Britannico (Addit. MSS. 17,148, fol. 51r.) exstantem adiimus, quae sic habet: ... Pro *παρὰ* (s. *παρᾶ*) *οὖσαν*, ut in libris manu scriptis pingitur, Petavius quidem *παροῦσαν* edidit, quod temere factum esse evincitur ex iis quae mox leguntur: *ὡς εἶναι οὐ παρὰ, ἀλλὰ συναμφοτέρως ἐκφωνοῦνται*; Syrus vero locutionis sensum ex oppositione alterius clausulae, *οὐδὲ προστεθειμένην κ. τ. ἑ.*, conjecisse videtur, libere vertens, *sed non quae diminuta* (s. *detracta*) *sit*, consentiente Lagardio (in Epiphanii Opp. T. IV, P. I, p. vii ed. Dindorf), qui in Graecis participium aliquod cum *οὖσαν* conjunctum, oppositumque proximo *προστεθειμένην* requirit. Sed locutio *παρὰ εἶναι*, bis in eodem contextu obvia, explicanda potius quam sollicitanda videtur. Vide igitur num praepositio *παρὰ* hic adverbialiter posita sit (qui usus in praepositione *πρὸς* notissimus est) pro eo quod *praeter* Hebraeum sit, juxta dictum Origenis (Opp. T. I, p. 13): *ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις περισσεύοντα* ΠΑΡΑ *τὰ ἐν τοῖς Ἑβραίοις ἔπη οὐκ ὀλίγα*; et paulo post: *πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις* ΠΑΡΑ *τὰ Ἑβραϊκά*. Hoc concesso, *λέξις παρὰ οὖσα* est ea quae apud LXX *plus habetur* (ut Hieronymus ait), quaeque obelo, non lemnisco, jugulanda erat. [25] Idem ibid. 17 (Opp. T. II, p. 173).

uno pari vel duobus interpretum paribus adhibitum, aliquam hic subesse contrarietatem ... quia quod ad sensum et veram intentionem conveniunt eorum sermones, licet acciderit aliquando discrepantia in verbis, et repetitio et contractio."[26]

Nunc quid de hac Epiphanii expositione statuendum sit non difficile est decernere. Primum cum e penitus exploso de origine versionis LXXviralis commento tota pendeat, ob hanc solam causam in gravissimam falsi suspicionem venit. Deinde prorsus incredibile est, vel unum interpretem, ne dicamus duos aut plures, versioni competenti, *τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου*, aliam idem sonantem subjecisse, *ἀναγγελεῖ τὰς δικαιοσύνας σου*; quamvis eos unam harum versionum pro altera sufficere potuisse non infitias ibimus. Praeterea, ut Masius argumentatur, quis credat talium minutiarum memoriam a Seniorum tempore ad Origenem usque mansisse; vel, ut manserit memoria, illud sciri potuisse, uniusne solius interpretum, vel paris unius, an vero plurium ea verba fuerint?[27] Postremo talis lemnisci et hypolemnisci significatio usui librorum hexaplarium universali repugnat, in quibus utramque figuram ÷ et –, quocunque nomine gaudeat, obeli vicem gerere certo certius est. Cum vero exempla ab Epiphanio citata ejusmodi sint, quae *variarum lectionum* nomine vulgo appellantur, quidni statuamus Epiphanii opinionem inde derivatam esse, quod in quodam Psalmorum exemplari in textu scriptum invenerit: *τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ ÷ τὴν δικαιοσύνην σου*; in margine autem: *÷ τὰς δικαιοσύνας σου*; hanc autem notationem, quae in libris existentibus, sive scriptis sive impressis, tralatitia est, ad fabulam de paribus interpretum ex ingenio accommodaverit?

Cum Epiphanio partim consentit, partim ab eo recedit, Isidorus Hispalensis, cujus mens est, *lemniscum apponi iis locis, quae S. Scripturae interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerint; hypolemniscum vero* (quem tamen *antigraphum* vocat, et prorsus alia figura ⸗ delineat), *ubi in translationibus diversus sensus habeatur.*[28] Sed haec hypothesis, ut quae neque scriptorum vetustiorum auctoritate, neque librorum hexaplarium usu, neque sua ipsius probabilitate commendatur, secure praeteriri posse videtur.

E recentioribus Criticis Masius Epiphanii sententiam non plane rejicit, sed cum quadam modificatione admittendam esse censet; scilicet ut lemniscus diversam scripturam *plurium*, hypolemniscus vero *pauciorum* codicum testimonio confirmatam significet.[29] Nuperrime vero cel. T. Skat Rördam non modo ex traditionibus veterum indubitate colligit, sub utroque signo variam lectionem, vel versionem variorum codicum, ab Origene insertam, vel in margine saltem positam fuisse, sed ipse in editione libri Judicum Syro-Graeco-hexaplari concinnanda praeter notas Origenianas (※, ÷ et ⸗) in codice obvias, lemniscum (quem vocat) sub nova forma (⸗), nunc obelo, nunc asterisco extruso, introduxit; videlicet in locis ubi aut duplex versio est, aut lectio neque in Hebraeo neque in Graeco (nisi in quibusdam codicibus, quorum unus aut

[26] White (Rev. Joseph), *Letter* etc. pp. 18, 19. [27] Masii *Josuae Imp. Historia*, p. 124. [28] Isidori Orig. I, 20 (apud Hodium *De Bibliorum Textibus*, p. 605). In eandem sententiam Curterius in *Praefatione ad Procopium in Jesaiam:* "Si quid ego sum post longam meditationem assecutus, possum et hoc asserere .... Ubi lemniscum reperias, notari varias aliorum interpretationes, verbis quidem ipsis discrepantes, sed reipsa similes; ubi denique hypolemniscum, et verbis et sensu inter se differentes." [29] Masii *Josuae Hist.* p. 123.

plures Syro nostro ad manum fuerit) comparens. In quo tentamine praeter alias difficultates haec in primis observanda est, quod ad libros Graecos hodie exstantes, non ad eos quibus usus sit Origenes, notatio per lemniscum facta exigatur. Certe ad Psal. lxx. 15. lxxi. 14 lectiones *τὰς δικαιοσύνας αὐτοῦ* et *ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*, ab Epiphanio in specimina usus lemnisci allegatae, ne in uno quidem librorum nostrorum reperiuntur.[30]

Subductis igitur iterum iterumque rationibus, cum lemnisci hypolemniscive in scriptis suis neque Origenes neque Hieronymus ullam mentionem fecerit; cum in libris Graecis hexaplaribus praeter asteriscum et varias obeli picturas nulla ejusdem generis distinctio appareat; cum denique harum notarum probabilem usum nemo adhuc designaverit; restat conclusio inevitabilis, sub his nominibus non nisi usitatas quasdam obeli formas indicari, eas videlicet quae per figuras ÷ et ⸗ sine ullo discrimine in versione Syro-hexaplari repraesentantur.

IV. *De regulis, quas in textu LXXvirali reformando Origenes sibi praescripserit.*

1. In exemplaribus versionis LXXviralis, quae ante Origenem in usu fuerunt, magnam exstitisse scripturae *διαφωνίαν*, ipsius Hexaplorum conditoris declaratione probari potest.[31] Ex his autem quaedam ceteris correctiora fuisse, tum ad rerum naturam pertinet, tum diserto Adamantii nostri testimonio evincitur. Sic enim ille in Homiliis in librum Regnorum (1 Reg. i. 1): "Non me latet primo loco quod in aliquibus exemplaribus habetur: *Erat vir quidam*; sed in his exemplaribus quae emendatiora probavimus ita habetur: *Erat vir unus.*"[32] In hujusmodi varietatibus proculdubio potiorem lectionem, *e reliquis*, ut ipse ait, *editionibus aestimatione facta*, magnus Criticus sine ulla notatione in Hexapla sua recondidit, cujus generis unum exemplum sufficiat. In loco Jerem. xv. 10: *Non feneravi, neque feneraverunt mihi*, in LXX olim legebatur (ut hodie in libris omnibus tum scriptis tum editis): *οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς*; pro quo Origenes in Commentariis ad locum legit enarratque: *οὔτε ὠφείλησα, οὔτε ὠφείλησέν με οὐδείς*; lectorem commonefaciens: *Εἰ καὶ ἀνέγνωμεν οὕτως, ἀλλὰ καὶ δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὰ πλείονα τῶν ἀντιγράφων τῆς ἐκδόσεως τῶν Ο′ οὐκ ἔχει οὕτως· ὕστερον δὲ ἐπισκεψάμενοι καὶ τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις, ἔγνωμεν γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα.*[33] Etiam in propriis nominibus, quae in textu vulgari graves corruptelas passa sunt, scripturam Hebraeo congruentem Origenem non monito lectore restituisse verisimile est. Exempli causa: vitiosam scripturam *Γεδσὼν* pro *Γηρσὼν* (Exod. vi. 16. Num. iii. 17) non modo carpsit Noster in Commentariis in

[30] Middeldorpfii in obelis pingendis perversitatem (de qua cf. nos in Monito ad Proverbia, p. 310) merito conquestus est Rördam. Quod vero affirmat (ex auctoritate J. D. Michaelis in *Neue Orient. Bibl.* VI, p. 192) etiam Bugatum in Daniele edendo signa critica negligentius tractasse, id diserte negat A. Ceriani in *Le Edizioni e i Manoscritti delle Versioni Siriache del V. T.* p. 21.

[31] Vid. supra p. xlvii.

[32] Origen. Opp. T. II, p. 483.

[33] Origen. Opp. T. III, p. 225. Etiam Syrus noster *ὠφέλησα*, non *ὠφείλησα*, vertit, unde haud improbabiliter conjecerit aliquis, Origenem falsam scripturam in Hexaplis reliquisse, postea vero, fortasse in Tetraplis, correxisse.

Joannem,[34] sed in editione sua hexaplari, contestificantibus Codice Sarraviano et versione Syro-hexaplari, correxit.

2. Ab archetypi sui *ordine* LXX interpretes non raro deflexisse, tum in singulis vocibus sine causa transponendis, tum in integris pericopis cum magno narrationis detrimento de loco suo movendis, res nota est; quibus corruptionibus remedium afferre operis Origeniani institutum omnino postulavit. Quod ad trajectiones verbales attinet, Hebraeorum ordinem tacite revocare nil prohibebat. Sic Num. x. 28: O'. *καὶ ἐξῆραν σὺν δυνάμει αὐτῶν*; Hexapla autem: *σὺν δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐξῆραν.* Deut. xxviii. 64: O'. (*καὶ δουλεύσεις ἐκεῖ θεοῖς ἑτέροις*) *ξύλοις καὶ λίθοις, οὓς οὐκ ἠπίστω σὺ καὶ οἱ πατέρες σου*; Origenes vero juxta Hebraeum: *οὓς οὐκ ἠπίστω σὺ καὶ οἱ πατέρες σου, ξύλοις καὶ λίθοις.* Haec levia; majoris momenti est locus Gen. xxxv. 16, 21, 22, ubi LXX confuse ediderunt: (16) *ἀπάρας δὲ Ἰακὼβ ἐκ Βαιθὴλ*, (21) *ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐπέκεινα τοῦ πύργου Γαδέρ.* (16) *ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤγγισεν εἰς Χαβραθὰ τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἐφραθά, ἔτεκε Ῥαχὴλ καὶ ἐδυστόκησεν ἐν τῷ τοκετῷ* (deinde vv. 17–20, ut in Hebraeo). (22) *ἐγένετο δὲ ἡνίκα κατῴκησεν κ.τ.ἑ.*; Hexapla autem, ad Hebraeam veritatem conformata, sic habent: (16) *ἀπῆρεν δὲ ἐκ Βαιθὴλ, καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤγγισεν—ἐν τῷ τοκετῷ* (deinde vv. 17–20). (21) *καὶ ἀπῆρεν Ἰσραὴλ, καὶ ἔπηξε—Γαδέρ.* Alio loco Jerem. xxiii. 7, 8, hi duo versus a Senioribus in finem capitis post v. 40 rejiciuntur, in Hexaplis autem propriam sedem, praemisso tantum asterisco, occupant. Quod vero ad prolixiores pericopas attinet (quales sunt Exod. xxxvi—xxxix, 3 Reg. xiv. 1–20, xvi (pericopa a LXX inter vv. 28 et 29 interpolata), xx, xxi (in LXX xxi, xx), Jerem. xxv. 15—li. 64) in his et aliis ejusmodi trajectionibus perquam molestis, Origenes, suadente atque adeo flagitante instituto suo, Hebraeorum ordinem, qui et trium interpretum est, plaudentibus quotquot sint Bibliorum studentibus reposuit. Restat Proverbiorum liber, qui in posteriore ejus parte ordinem valde perturbatum prae se fert, quique manum restauratricem in primis postulare videtur. Hic vero, quod miretur aliquis, Origenes a methodo quam in ceteris Bibliis prosecutus est recessit, et Seniorum vestigiis insistere maluit, notis tantum, quales supra declaravimus,[35] discessionem ab Hebraea veritate indicans. Causa hujus exceptionis nobis non est in promptu, nisi forte in opere ethico, in quo singulis fere versiculis singulae *γνῶμαι* concludantur, seriem sententiarum curiose servare non tanti momenti esse videretur.

3. In mutationibus quas recensuimus notarum Origenianarum vix ullus locus esse potest. Nunc quibus legibus obelum et asteriscum ad usus editionis suae accommodaverit Noster, breviter exponendum. Itaque voculas in quaque clausula supervacaneas, inque Hebraeo deficientes, obelus reprobat, vel (ut Critici aiunt) *jugulat.* Exempli gratia: Deut. ix. 26 in Hebraeo est tantum בְּיָד חֲזָקָה, quod LXX, genio nimis indulgentes, in hunc modum amplificaverunt: *ἐν τῇ ἰσχύϊ σου τῇ μεγάλῃ, καὶ ἐν τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ, καὶ ἐν τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ.* Haec est obelorum opportunitas, quorum ope locus sic pingitur: ÷ *ἐν τῇ ἰσχύϊ σου τῇ μεγάλῃ, καὶ* ◂ *ἐν χειρί* ÷ *σου τῇ* ◂ *κραταιᾷ,* ÷ *καὶ ἐν τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ* ◂; quo artificio sine detrimento versionis ab Ecclesia universa receptae integritas S. Scripturae asseritur. An

[34] Origen. Opp. T. IV, p. 141.

[35] Vid. supra p. liv.

vero Origeni in tali recensione omnes vel minimi momenti voculas in Hebraeo non exstantes obelo confodere propositum fuerit, ambigi potest. Hieronymus quidem in versione Psalmorum hexaplari hac lege se obstrinxit; utrum vero proprio instinctu, an ex antecessoris sui prava imitatione ex uno atque altero exemplo clarius apparebit. Itaque Psal. i. 4 vix crediderimus Origenem pinxisse: *καὶ ἔσται ὡς ÷τὸ ◂ ξύλον ÷τὸ ◂ πεφυτευμένον*, etiamsi Hieronymus ediderit: *Et erit sicut lignum ÷quod: plantatum ÷est:*; aut Psal. ii. 4: *÷ὁ ◂ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ÷ἐκ ◂γελάσεται ÷αὐτοὺς, καὶ ◂ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.* Ne longiores fiamus, Psal. cxvii. 27 Hieronymus pingit: *Constituite ÷diem: solennem*, scilicet quia in Hebraeo est tantummodo חַג; sed quid tunc fiet de Graeco *συστήσασθε ἑορτήν*? Tale est, in re bona nimius esse.[36] Etiam Masius, ut in Monito ad Josuam observavimus, arbitrio suo potius quam Syri interpretis auctoritate fretus, tot copulis, perspicuitatis causa a Senioribus assumptis, notam reprobationis inussit. Transeamus ad majoris offensionis interpolationes, eas scilicet in quibus interpres male sedulus in annotatoris, est ubi in auctoris principalis partes delapsus est. Non moramur supplementum valde notabile Gen. iv. 8: *καὶ εἶπε Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· ÷διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον ◂*; quia, quamvis in Hebraeo et tribus interpretibus desideratur, ad sensum paene necessarium videtur. Sed in loco Jos. vi. 26 post devotionem hominis qui Jerichunta reaedificaturus sit, *ἐν τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ θεμελιώσει αὐτὴν, καὶ ἐν τῷ ἐλαχίστῳ αὐτοῦ ἐπιστήσει τὰς πύλας αὐτῆς*, LXX de suo interseruerunt: *÷καὶ οὕτως ἐποίησεν Ὀζᾶν ὁ ἐκ Βαιθήλ· ÷ἐν τῷ Ἀβιρὼν τῷ πρωτοτόκῳ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐν τῷ ἐλαχίστῳ διασωθέντι ἐπέστησε τὰς πύλας ÷αὐτῆς ◂.* Aeque, immo magis culpandus est insulsus Jobi ii. 9 interpolator, qui pro amaro uxoris ejus dicterio: *Adhuc tu retines integritatem tuam? Exsecrare Deum et morere*, prolixam querimoniam, et Graeculum otiosum magis quam scriptorem *θεόπνευστον* referentem, ori ejus immiserit: *Μέχρι τίνος καρτερήσεις, ÷λέγων· ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος ÷τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου; ἰδοὺ γὰρ ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ÷ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων· σύ τε αὐτὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλή- ÷κων κάθησαι διανυκτερεύων ἄϊθριος, κἀγὼ πλανωμένη καὶ λάτρις τόπον ἐκ τόπου καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, ÷προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὀδυνῶν αἵ με νῦν ÷συνέχουσιν ◂· ἀλλὰ εἰπόν τι ῥῆμα εἰς κύριον, καὶ τελεύτα.* Ejusdem farraginis, et fortasse non alius auctoris est pannus de ape, quem post Prov. vi. 6–8 quasi in aemulationem Salomonis, pigrum ad formicam abire jubentis, interpres ejus Graecus oraculis divinis assuere non dubitavit: *÷ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστὶ, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται, ἧς τοὺς ÷πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται· ποθεινὴ δέ ἐστι πᾶσι καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα ÷τῇ ῥώμῃ ἀσθενὴς, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη ◂.*

4. Restat asteriscus, cujus ope praetermissiones *τῶν* O′ etiam minutissimas (quales sunt *κατὰ γένος ※ αὐτοῦ ◂, ※ πᾶσαν ◂ τὴν γῆν, ※ τὴν ◂ πᾶσαν τὴν γῆν, ※ σὺν ◂ τὸν λαὸν, ※ υἱὸς ◂ ÷ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ, υἱοὶ θεοῦ ◂, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν.* Etiam Psal. xiii. 3 insignis interpolatio e Rom. iii. 13–18, *τάφος ἀνεῳγμένος—τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν*, in hoc exemplari sine nota *ἀθετήσεως* legitur.

[36] E contrario exemplar Psalmorum Syro-hexaplare parcius quam par erat obelizari certissimum est. E.g. obelus desideratur in sequentibus: Psal. i. 4: *οὐχ οὕτως ὁ ἀσεβὴς, ÷οὐχ οὕτως ◂.* Psal. ii. 11: *ἐξ ὁδοῦ ÷δικαίας ◂.* Psal. xxi. 2: *÷πρόσχες μοι ◂, ἱνατί ἐγκατέλιπές με;* Psal. xxviii. 1:

ὀγδοήκοντα ἐτῶν, etc.) e reliquis interpretibus (praecipue Aquila, qui in talibus ceteris curiosior est) Origenes reparandas suscepit. Deinde *lacunas* ita dictas, quae passim in hac versione quavis de causa legentes remorari solent, sive paucorum στίχων (ut passim in libro Jobi *unus, duo, tres*, usque ad *tredecim* στίχους, quasi e Theodotione assumpti asteriscis notantur), sive integrarum pericoparum (e.g. 1 Reg. xvii. 12–31, xvii. 55—xviii. 5, Jerem. x. 6–13, xvii. 1–4, xxix. 14, 16–20, xxxiii. 14–26, xxxix. 4–13, lii. 27–30) non raro ex Aquila (ut 3 Reg. ix. 15–25, xxii. 47–50) sed longe frequentius ex Theodotione, cujus stylus ad LXXviralem proxime accedit, non sine magno lectoris studiosi commodo Hexapla sartas tectas praestiterunt.

5. Sed praeter excessus et defectus, qui promptiorem sanationem admittunt, supersunt pravae interpretationes, quae non minorem, immo fortasse majorem moram et impedimentum legentibus afferunt. Etiam huic incommodo per obeli et asterisci *conjunctum* usum Origenes aliquatenus remedium adhibere conatus est. Simplicissimi generis exempla sunt: Jerem. xxxviii. 6: *Et demittunt eum funibus*, ubi pro *funibus* LXX perperam ediderunt εἰς τὸν λάκκον; Hexapla vero ex Aquila et Symmacho: καὶ ἐχάλασαν αὐτὸν ※ ἐν σχοινίοις ◂ ÷ εἰς τὸν λάκκον ◂. Exod. xxxiii. 4: *Et luxerunt, et non induerunt unusquisque ornamenta sua sibi.* LXX ad sensum non male, sed paulo concisius: (ὁ λαὸς) κατεπένθησεν ἐν πενθικοῖς; quae sic ex alio interprete in Hexaplis extensa sunt: κατεπένθησεν ÷ ἐν πενθικοῖς ◂, ※ καὶ οὐκ ἔθηκεν ἀνὴρ κόσμον αὐτοῦ ἐπ' αὐτοῦ ◂. Jos. ii. 19, 20: *si manus fuerit in eum. Et si nuncies* (verbum hoc nostrum). LXX contra sensum: ἐὰν δέ τις ἡμᾶς ἀδικήσῃ, ἢ καὶ ἀποκαλύψῃ (τοὺς λόγους ἡμῶν τούτους); pro quibus in Hexaplis habetur: ※ ἐὰν χεὶρ ἅψηται αὐτοῦ ◂. ἐὰν δέ ÷ τις ἡμᾶς ἀδικήσῃ, ἢ καὶ ◂ ἀποκαλύψῃ κ. τ. ἑ.; unde extricari potest versio satis fidelis: ἐὰν χεὶρ ἅψηται αὐτοῦ. ἐὰν δὲ ἀποκαλύψῃ κ. τ. ἑ. Alia ejusdem generis exempla sunt Gen. xlvii. 5, 6. Exod. xi. 3. xl. 7, 8. Num. xxx. 9. Jos. v. 4, 5. 3 Reg. xvii. 22, 23. Jerem. xv. 1. Non tamen dissimulandum est, hanc restitutionis methodum tum per se impeditam esse, tum paucis tantum ex innumeris locis ab Auctore adhibitam fuisse. Sic in illustri Jesaiae vaticinio, ubi pro Hebraeis, *Admirabilis, consiliarius* etc. LXX prorsus absona dederunt: μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ ὑγίειαν αὐτῷ, Origenes nihil tentasse videtur, nisi ut vocem ἄγγελος, cujus in Hebraeo nec vola nec vestigium, obelo reprobaret. Et sic centies in hoc libro, quo nullus in Bibliis Graecis interpretem minus habilem nactus est.[37] Sed in talibus tricis luculentissime apparet totius operis hexaplaris utilitas, per quod consultum fuit, ut versio Graeca vulgaris tum ad Hebraeam veritatem, tum ad ceterorum interpretum editiones nullo negotio exigeretur. Speciminis loco, hunc ipsum locum, prout in opere Origeniano exstabat, omissa tantum pagina Hebraeo-Graeca, hic subjicimus.

ἙΒΡ.	Α'.	Σ.	Ο'.	Θ.
ויקרא שמו	καὶ ἐκάλεσεν ὄνομα αὐτοῦ	καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ	καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ	. . . . .
פלא יועץ	θαυμαστὸς σύμβουλος	παραδοξασμὸς βουλευτικὸς	μεγάλης βουλῆς	θαυμαστῶς βουλεύων
אל גבור	ἰσχυρὸς δυνατὸς	ἰσχυρὸς δυνατὸς	÷ ἄγγελος ◂· ἄξω γὰρ	ἰσχυρὸς δυνάστης
אבי עד	πατὴρ ἔτι	πατὴρ αἰῶνος	εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας	πατὴρ
שר שלום	ἄρχων εἰρήνης.	ἄρχων εἰρήνης.	καὶ ὑγίειαν αὐτῷ.	ἄρχων εἰρήνης.

[37] Obiter notandum est, in Hexaplis nostris ad Jesai. ix. 5, verba ※ θαυμαστὸς—αἰῶνος ◂ ad aliam recensionem, fortasse Luciani, non ad eam quae Hexaplorum est, pertinere.

APPENDIX I AD CAP. VII.

De obeli pictura (ς) versionis Syro-hexaplaris peculiari.

Duas obeli sive lemnisci formas, ÷ et ⸗, a Paulo Telensi sine ullo discrimine adhiberi exploratissimum est. Sed in hac versione propius inspicienda, scrupulum movet usus tertiae obeli picturae, in quo nescio quid peculiaris inesse videtur. Est linea paulo fortius inflexa, punctis destituta, sic: ς. In ea operis parte quae ad hunc diem superstes est, septuagies et nonies, si recte computavimus; in uno autem Proverbiorum libro tricies et quinquies reperitur. Illud cum obelo commune habet, quod lectio, cui praeponatur, ab Hebraeo semper absit. Quae autem de usu ejus peculiari observavimus, haec fere sunt.

1. Praemittitur verbis e versione Syra simplici in hexaplarem assumptis. E.g. Jud. v. 22: ς هم ههههلا. Locus est valde intricatus, sed verba *ὠβελισμένα* de Peschito huc accessisse non est quod dubitemus. Prov. xxvii. 14: *μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸ πρωὶ* ς *πρὸς χάριν* ⸗ *καταρωμένου.* Verba *πρὸς χάριν* (ههههنهلا) in nullo libro Graeco inventa sunt, sed a Syro nostro de Syro seniore assumpta sunt. Num. xxvi. 4: in Hebraeo et LXX tacetur aliquid, quod in Peschito sic suppletur: ههههلا ههجلا, *et numeravit eos Moyses;* quo, ut videtur, auctore, repugnantibus libris Graecis, Syrus noster infert: ς *ἀριθμήσατε αὐτούς* ⸗.

2. Introducit pericopam ex alio S. Scripturae libro derivatum. Sic Hos. xiv. 3 post verba, *καὶ ἀνταποδώσομεν καρπὸν χειλέων ἡμῶν*, Syrus noster apponit: ς *καὶ ἐντρυφήσει ἐν ἀγαθοῖς ἡ καρδία ὑμῶν* ⸗. Haec, quae ad Jesai. lv. 2 pertinent, non leguntur in Ed. Rom., sed habentur cum quadam varietate in Codd. 49, 62, 86, aliis. Prov. xxvii. 16: *βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται.* ς *βορέας ἄνεμος ἐκκαθαίρει νέφη* ⸗. Posterior clausula non legitur nisi in Codd. 23, 254, et e Cap. xxv. 23 huc migravit. Prov. xvi. 1: ς *ὅσῳ μέγας σὺ, ταπεινοῦ σεαυτὸν, καὶ ἔναντι θεοῦ εὑρήσεις χάριν* ⸗. Locus est Sirac. iii. 18, et legitur in Codd. 23, 103, 106, aliis, non in Ed. Rom. (Diversa est ratio locorum Jos. vi. 26: ÷ *καὶ οὕτως ἐποίησεν κ. τ. ἑ.*, et Prov. xxvi. 11: ⸗ *ἔστιν αἰσχύνη—χάρις* ⸗; ubi verba insititia e 3 Reg. xvi. 34 et Sirac. iv. 21 desumpta sunt, sed leguntur in Ed. Rom. et libris omnibus.)

3. Praeponitur alteri ex duabus ejusdem Hebraei versionibus. Sic Prov. ix. 7 in Hebraeo est: *Et qui arguit impium, macula ejus* (maculam sibi parat); in Syro-hex. autem: *ἐλέγχων δὲ τὸν ἀσεβῆ μωμήσεται ἑαυτόν.* ς *οἱ γὰρ ἔλεγχοι τῷ ἀσεβεῖ μώλωπες αὐτῷ* ⸗. Posterior clausula non est in Ed. Rom., sed exstat in Ald., Codd. 23, 68, aliis, cum scholio: *Οὗτος ὁ στίχος οὐ κεῖται οὔτε ἐν τοῖς λοιποῖς οὔτε παρὰ τοῖς Ο′.* Prov. xi. 26 (pro Hebraeo: *Qui prohibet frumentum, maledicit ei populus*): ς *ὁ συνάγων σῖτον, ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι* ⸗. *ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος.* Sic Syro-hex., et sine obelo Codd. 23, 161, 252; in Ed. Rom. prior tantum clausula, *ὁ συνέχων* (sic)—*ἔθνεσι*, legitur. Prov. xxx. 15 (pro Hebraeo: *Tria sunt quae non satiantur*): *καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἀνεπίμπλασαν αὐτήν.* ς *τρία δέ ἐστιν ἃ οὐ πλησθήσεται* ⸗. Prior clausula est versio *τῶν Ο′*; posterior trium interpretum, quam *pro*

priore in textu habet Cod. 23. Prov. xxxi. 29: *πολλαὶ θυγάτερες ἐποίησαν δύναμιν* (עָשׂוּ חָיִל), ☍ *πολλαὶ δὲ ἐκτήσαντο πλοῦτον* ☇, ubi duplex versio, sed inversa, etiam in Ed. Rom. habetur. In Jud. i. 20 versio *τῶν* O′ est: *καὶ ἐκληρονόμησεν ἐκεῖθεν τὰς τρεῖς πόλεις τῶν υἱῶν* Ἐνάκ (אֶת־שְׁלֹשָׁה בְּנֵי הָעֲנָק), quam imitatus est Syrus noster, subjungens tamen: ☍ *καὶ ἐξῆραν ἐκεῖθεν τοὺς τρεῖς υἱοὺς* Ἐνάκ ☇, ut sine obelo Ald., Codd. III, XI, 15, 16, 18, alii, et Vet. Lat. In Jud. iii. 24 post lectionem Ed. Rom., *καὶ αὐτὸς ἐξῆλθε· καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐπῆλθον καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ αἱ θύραι τοῦ ὑπερῴου ἐσφηνωμέναι*, quae Hebraeum accurate reddit, Syrus noster (ut sine obelo Codd. 54, 59, 75) aliam versionem paraphrasi similem addit: ☍ *καὶ ἀποτιναξάμενος* Ἀὼδ *ἐξῆλθεν καὶ ἐπορεύετο· καὶ οἱ παῖδες* Ἐγλὼμ *εἰσπορευθέντες προσῆλθον, καὶ αἱ θύραι τοῦ οἴκου κεκλεισμέναι* ☇.

4. Praeponitur verbis quae neque in Hebraeo neque in Ed. Rom. (h. e. in Codice Vaticano, qui in textu *τῶν* O′ primigenio constituendo praerogativam consecutus est) leguntur, sed tantum in paucioribus libris, plerumque iis qui ejusdem recensionis sive familiae sunt. Exempli causa: in libro Judicum novem lectiones obelo inflexo insignitas notavimus, quae omnes a textu recepto (qui dicitur) exulant, et ad eandem recensionem pertinent, eam videlicet quae continetur in Codd. 44, 54, 59, 75, cet.[1] In posteriore libri parte haec obeli figura otiatur, ut tamen pro ea in locis similibus scriba nescio qua inconstantia asteriscum pinxerit.[2] Porro in hoc libro feliciter contigit, ut in septem horum locorum textus Syro-hexaplaris cum exemplari Sarraviano conferri possit; in quibus omnibus verba a Syro nostro sive obelo inflexo sive asterisco praenotata in libro Graeco vere hexaplari non leguntur.[3] Transeamus ad Proverbia, in quo libro, ut jam monuimus, octoginta plus minus hujus notationis exemplorum paene dimidia pars includitur. Ex his triginta quinque circa viginti in Ed. Rom. non habentur, e quibus quatuor majoris momenti nunc proferemus. Prov. xix. 9: ☍ *ἐκκαίει δὲ κακίαν πολίτης* ☇. Praeter Syrum nostrum clausula non nisi in Codd. 23, 106 legitur. Prov. xx. 11: ☍ *καὶ οἱ ποιοῦντες αὐτὰ ἐν αὐτοῖς συμποδισθήσονται* ☇. Sic Cod. 23 solus; in Cod. 106 lacuna est. Prov. xxiv. 12: ☍ *καὶ αὐτός με οὐ γινώσκει* ☇. Sic (cum *οὗτος* pro *αὐτὸς*) idem par librorum. Postremo in fine Cap. xxxi post verba, *καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς*, haec, mantissae loco, leguntur in Syro-hex., et sine obelo in Codd. 23, 106, 253, 254: ☍ *ὅτι ὁδοὶ ἀνδρὸς πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ κατορθώσουσιν αὐτῷ τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων* ☇.

5. Formis obeli ⨪ vel ÷, et ☍, non eandem prorsus significationem inesse, constat e loco uno et altero, ubi alteram harum notarum altera nullo intervallo excipiat. Sic in Gen. xxxix. 17 Syrus legit et pingit: ÷ *καὶ εἶπέ μοι· κοιμηθήσομαι μετὰ σοῦ* ☇· ÷ (sic) *καὶ ἐβόησα φωνῇ μεγάλῃ* ☇. Hic utraque clausula in Hebraeo vacat, sed prior in Ed. Rom. et libris Graecis omnibus legitur; posterior non nisi apud Syrum nostrum et imitatorem ejus Arabicum reperitur, ideoque obelo non vulgari, sed (ut ita dicamus) truculentiori jugulatur. Alio loco Jud. xvi. 14 idem pingit: ⨪ *καὶ ἐδιάσατο τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ μετὰ τῆς ἐκτάσεως, καὶ κατέκρουσεν ἐν τοῖς πασσάλοις εἰς τὸν τοῖχον* ☇, ☍ *καὶ*

---

[1] Vid. Hex. ad Jud. i. 20. iii. 24. v. 6. vi. 2, 11. xi. 17, 24. xiv. 1. xvi. 14. [2] Vid. Hex. ad Jud. xv. 18. xvi. 21. xviii. 2, 12, 30. xx. 21. xxi. 11. Usus improprius asterisci pro obelo vel lemnisco probari potest e scholio in Hex. ad 1 Reg. xv. 42: *Ταῦτα μέχρι τοῦ, καὶ κατακληροῦται, ἐν μόνῃ κεῖται τῇ ἐκδόσει Θεοδοτίωνος, διὸ ἠστέρισται αὐτὰ, ὡς ἐν μιᾷ ἢ δευτέρᾳ ζυγῇ τῶν* O′ *κείμενα, οὐ μὴν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ.* Etiam in lectionibus interpretis Samaritani, quae in Hebraeo non feruntur, margini suo illinendis, Noster inter asteriscum et formam obeli peculiarem (÷‹) fluctuat. [3] Loca sunt Cap. xv. 18. xvi. 14, 21. xviii. 2, 12. xx. 21. xxi. 11.

ὕφανε ✻. Haec omnia desiderantur in Hebraeo; sed priora, *καὶ ἐδιάσατο—εἰς τὸν τοῖχον*, praeter Codd. 54, 59, 75, cet. leguntur etiam in Comp., Codd. III, 15, 18, 19, aliis; posteriora autem, *καὶ ὕφανεν*, in Codd. 54, 59, 75, cet. solis. Supersunt duo Proverbiorum loca, quae novi aliquid prae se ferunt. Prov. xvii. 21 pro Hebraeo, *et non laetabitur pater stulti*, Syrus noster venditat: *οὐκ εὐφραίνεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ ἀπαιδεύτῳ· ※ υἱὸς δὲ φρόνιμος εὐφραίνει μητέρα αὐτοῦ* ✻, ut sine notis Ed. Rom. et libri omnes. Hic, si conjecturae locus sit, obelus fortasse innuit, verba ex alio S. Scripturae loco assumpta esse (ut revera similis sententia legitur Prov. x. 1. xv. 21); asteriscus autem, rectius illic quam hic legi. Alter locus est Prov. xxii. 14, qui in codice sic habet: ⸎÷ *εἰσὶν ὁδοὶ ὀρθαὶ* | ⸎÷ *πορεύεσθαι ἀνδρὶ*, | ⸎— *ὁ δὲ ἀσεβὴς ὁδοὺς θανάτου* | ⸎ (sic) *καὶ ἀπωλείας φιλεῖ* ✻· | ÷ *εἰσὶν ὁδοὶ κακαὶ ἐνώπιον ἀνδρὸς* | ÷ *καὶ οὐκ ἀγαπᾷ τοῦ ἀποστρέψαι ἀπ' αὐτῶν*, | ÷ *ἀποστρέφειν δὲ δεῖ ἀπὸ ὁδοῦ σκολιᾶς* ✻. Utraque clausula abest ab Hebraeo; sed posterior sub ÷ habetur in Ed. Rom. et libris omnibus; prior autem sub ⸎÷ non nisi in pari codicum 23, 254. Hoc discrimen per diversitatem obelorum indicari vix dubium esse potest; sed quanam de causa scriba notam duplicem ⸎÷ pro simplici ⸎ pinxerit, non facile est divinare.

Haec ad quaestionem obscuram vel tantulum illustrandam donec verisimiliora afferantur sufficiant. Res ad liquidum perduci vix potest, partim propter scribarum in signis Origenianis ponendis negligentiam, partim quia usus hujus obeli formae Syro-hexaplaris ex usu librorum Graecorum hexaplarium non nisi in paucis libri Judicum locis, quos supra indicavimus,[4] sive confirmari sive labefactari potest. In his autem omnibus, ut jam monuimus, Codex Sarravianus verba a Syro nostro signo ⸎ praenotata non cujusvis formae obelo confodit, sed prorsus omittit. Idem dictum sit de loco Jos. xii. 1, ubi Syrus pingit: ⸎ *Μωυσῆς καὶ* ✻ *οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ*, ut sine obelo legunt Ald., Codd. III, VII, XI, alii, repugnantibus Codd. II, IV, aliis, in quibus juxta Hebraeum verba *Μωυσῆς καὶ* non habentur. Quae cum ita sint, nescimus an huc pertineat scholium quod in margine exemplaris Syro-hexaplaris passim legitur: "Hic obelus (ܐܘܒܠܝ s. ܐܒܠܝ) non positus erat in Hexaplis."[5] Ubi per *obelum* non meram obeli figuram, quasi in Hexaplis eadem verba *sine obelo* posita essent, sed *ipsam lectionem obelo praenotatam* significari quovis pignore contendemus. Probationes sunt: 1. Ad Mich. v. 4: *καὶ στήσεται,* ÷ *καὶ ὄψεται* ✻, *καὶ ποιμανεῖ* ÷ *τὸ ποίμνιον αὐτοῦ* ✻, ubi Syrus monet: "Hi obeli non positi erant in Hexaplis," Cod. Jes. scholium affert: *Τὰ ὠβελισμένα εἰς τοὺς δύο τόπους οὐ κεῖνται ἐν τῷ ἑξασελίδῳ.* 2. Ad Joel. i. 14: *πρὸς κύριον* ÷ *ἐκτενῶς* ✻, Syro-hex. in marg. notat: Θ. *ὁμοίως τὸν ὀβελίσκον εἶπεν ὡς οἱ* Ο′, ubi *ὁ ὀβελίσκος* nihil significare potest nisi vocem *ἐκτενῶς*. 3. Ad Jesai. xlvi. 10: ÷ *πρὶν γενέσθαι* ✻, Middeldorpfius frustra se torsit in notatione: "Hic obelus non positus est neque apud Hebraeos neque apud LXX," interrogans: "Sed quinam sunt illi *Hebraei?* Nequis nos ableget ad textum Hebraeum et Hebraeograecum operis Origeniani; nam quis in iis obelum quaerat? Sagacioribus committo hanc notam, mihi plane obscuram." Immo sole ipso clariorem, modo per obelum *verba obelo confossa* intelligas. 4. Locutio *χωρὶς ἀστερίσκων* pro *sine versiculis qui asterisco notantur* reperitur in scholio quod est in Cod. 161 ad finem libri Jobi: *Ἰὼβ, στίχοι* ,ᾱχ (1600) *χωρὶς ἀστερίσκων· μετὰ δὲ τῶν ἀστερίσκων* ,βσ (2200). 5. Auctor Scholiorum in Proverbia a Tischendorfio editorum ait: *Ὅσοις οἱ ὀβελοὶ πρόσκεινται ῥητοῖς,*

[4] Vid. notam praecedentem. ii. 12, 27. iii. 16. Jon. i. 5. iii. 10. Mich. ii. 3. iv. 8, 10. v. 7. vii. 2, 12. Nah. ii. 5. iii. 5. Hab. i. 5. Hag. i. 12. Semel tantum (Amos vi. 10) reperitur altera formula: "Τὰ *ὠβελισμένα* (ܐܒܠܝ ܕܠܐ ܐܬܝ ܒܗܘ ܕܐܒܠܝ) non posita erant in Hexaplis."

[5] Vid. Hex. ad Joel.

οὗτοι (sc. οἱ ὀβελοὶ) οὐκ ἔκειντο κ. τ. ἑ. καὶ ὅσοις οἱ ἀστερίσκοι πρόσκεινται ῥητοῖς, οὗτοι (sc. οἱ ἀστερίσκοι) ἐν μὲν τῷ Ἑβραϊκῷ κ. τ. ἑ.;[6] cum quo loco comparari potest Hieron. in Praef. ad Jobum:[7] "Omnia Veteris Instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxit, *quos vel additos* [sc. a LXX, ideoque obelis insignitos] *vel de Theodotione sumptos* translationi antiquae inseruit." Haec, ni fallimur, ad significationem dicti scholii declarandam satis superque suppetunt; quod tamen ne ad praesentem disputationem indubitanter trahamus obstat, quod in locis, ad quae scholium pertinet, obelus vulgaris formae, ⸗ vel ÷, non ⊃, pingi solet.

APPENDIX II AD CAP. VII.

Versionis Syro-hexaplaris Notitia generalis.

Versionis Syro-hexaplaris (quae est versio Syriaca quintae columnae Hexaplorum, qualis in Codice Sarraviano et aliis repraesentatur) prima notitia Masio debetur, cujus codex (qui post obitum ejus casu deplorabili e conspectu hominum penitus evanuit) continebat Josuam, Judices, Regum quatuor libros, Paralipomena, Esdram, Estheram, Judith, Tobiam, et Deuteronomii bonam partem.[1] Ineunte saeculo XVII venit in Bibliothecam Ambrosianam e monasterio S. Mariae Deiparae in deserto Sketi celeberrimus Codex Ambrosianus Syro-hexaplaris (signatus C. 313 Inf.), qui tamen in capsula sua delituisse videtur, donec inde ab anno 1767 a Jo. Bapt. Branca, Collegii Ambrosiani Bibliothecario, Jac. Jon. Bjornståhlio, et Jo. Bern. de Rossio tum per descriptionem tum per specimina operis paulatim notior factus, tandem a Matthia Norbergio Sueco maximam partem exscriptus, in perfectiorem eruditorum hominum cognitionem venit; primum per Jeremiae et Ezechielis editionem ab ipso Norbergio emissam Londini Gothorum exeunte anno 1787; deinde per Henrici Middeldorpfii laudabilem diligentiam, qui ceteros libros canonicos in codice inclusos (exceptis Psalmis et Danielis vaticinio) ex apographo Norbergiano edidit Berolini anno 1835. Jampridem vero cel. Cajetanus Bugati, Collegii Ambrosiani Doctor, librum Danielis ex ipso codice ediderat Mediolani anno 1788; Psalmorum quoque editionem impresserat, sed certis de causis apud se servaverat, donec post obitum ejus anno 1820 publici juris facta est. Ut codicis nostri historiam absolvamus, libros apocryphos Baruch et Epistolam Jeremiae, una cum Threnis post Middeldorpfii curas in specimen accuratioris totius operis editionis propositis, edidit A. M. Ceriani, Collegii Ambrosiani Doctor, in *Monumentorum Sac. et Prof.* T. I, Fasc. I, Mediolani anno 1861. Idem

[6] Vid. supra p. liii. not. 4.

[7] Opp. T. IX, p. 1079 ed. Migne.

[1] Masii (A.) *Josuae Historia*, Antv. 1574, in *Epist. Dedic.* p. 6. Masii codicem et Mediolanensem ad unum idemque totius versionis exemplare olim pertinuisse non improbabiliter suspicati sunt VV. DD. de Rossio, Norbergius, Ceriani (in libello, *Le Edizioni* etc. p. 23).

V.D. paucos post annos mutato consilio editionem codicis pretiosissimi arte nova *photolithographica* elaborandam suscepit, quae hoc ipso anno 1874, favente Deo, lucem videbit.[2]

1. Redeamus ad versionem nostram, cujus aliam particulam, librum Regum quartum complectentem, e Codice Regio Parisiensi 283 (hodie Cod. Syr. V) Middeldorpfius in volumine supra memorato inclusit. Hucusque progressum opus ad aliquod tempus stetit, donec anno 1841 et sequentibus in Museum Britannicum e dicto monasterio Sketensi invecta est codicum Syrorum collectio mirifica, quae versioni nostrae praeter alias minoris momenti particulas contribuit librum Geneseos valde imperfectum, Exodi integrum, Numerorum fere dimidium, Josuae imperfectum, Judicum et Ruth paene integrum, sed notis marginalibus destitutum, Regum III paene integrum. Ex his Judices et Ruth edidit Doctor T. Skat Rördam Havniae, 1861; Genesim autem et Exodum usque ad Cap. xxxiii. 2 A. M. Ceriani in *Mon. Sac. et Prof.* T. II, pp. 1–344; reliqua volumina eundem editorem expectant, exceptis trium interpretum lectionibus, quas in usum nostri operis ex apographo ejus excerpsimus. Plenior cujusque codicis descriptio e Monitis ad singulos libros concinnatis petenda est; interea ut hujus insignis monumenti quantum supersit, quantum adhuc desideretur, uno conspectu appareat, tabulam subjungimus ita constructam, ut numerus singularis (1.000) librum quemque integrum repraesentet.

LIBRI CANONICI.[3]

Genesis	0.313	Regum II . . .	0.000	Proverbia . . .	1.000
Exodus	1.000	Regum III . . .	0.874	Ecclesiastes . .	1.000
Leviticus . . .	0.000	Regum IV . . .	0.985	Cant. Cant. . .	1.000
Numeri	0.464	Paralipomena . .	0.000	Jesaias	1.000
Deuteronomium[4] .	0.436	Esdras	0.000	Jeremias . . .	1.000
Josua	0.885	Nehemias . . .	0.000	Threni	1.000
Judices	0.981	Esther	0.000	Ezechiel . . .	1.000
Ruth	1.000	Jobus	1.000	Daniel	1.000
Regum I . . .	0.000	Psalmi	1.000	Prophetae XII .	1.000

2. De auctore et aetate versionis Syro-hexaplaris omnia jam comperta et explorata sunt. Scilicet Gregorius Bar Hebraeus in Prooemio ad *Horreum Mysteriorum* haec habet: "Et ex editione (ܗܘܟܠܐ) Graecorum, id est *τῶν* LXXII, plura in hujus (Peschito) confirmationem attuli; illis autem Aquilae, et Symmachi, et Theodotionis, et Quinta, et Sexta, etsi non ad confirmationem, ad illustrationem tamen usus sum . . . Testamentum autem Vetus LXXvirale Paulus episcopus Telae Mauzlat (ܦܘܠܘܣ ܐܦܣ ܕܬܠܥ ܡܥܘܙܠܛ) e Graeco in Syriacum transtulit." Hanc autem Pauli Telensis versionem eandem esse cum nostra Syro-hexaplari evincit (praeter loca ex ea a Bar Hebraeo sub titulo *τοῦ Ἕλληνος* (ܕܝܘܢܝ) allata) subscriptio

[2] Ordo librorum in Codice Ambrosiano est Psalmi, Jobus, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum, Sapientia Salomonis, Ecclesiasticus, XII Prophetae, Jeremias, Baruch, Threni, Epistola Jeremiae, Daniel, Susanna, Bel et Draco, Ezechiel, Jesaias. [3] E libris apocryphis praeter libellos ad Jeremiam et Danielem pertinentes, Codex Ambrosianus continet Sapientiam Salomonis integram, et Ecclesiasticum cum defectu Cap. li; ad quorum utrumque nunc primum in exemplari photolithographico tum Bibliorum tum linguae Syriacae studiosis accessus patet. Praeterea ad hanc versionem, quantum ex titulis eorum et styli charactere conjici possit, accensendi sunt libri in Peschito hodie inclusi, Esdras a LXX *primus* numeratus, et Tobias usque ad Cap. vii. 11, quorum posteriorem in Masii codice deperdito exstitisse probabile est. [4] Vid. Monitum ad Deuteron. p. 272.

Codicis 4 Regum Parisiensis, quae sic ad verbum sonat: "Vertit hunc librum e lingua Graeca in Syriacam ex editione (ܒܐܣܦܪ̈ܐ) τῶν LXXII venerandus pater (ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ) Mar Paulus episcopus fidelium (h.e. Monophysitarum) in urbe magna Alexandriae jussu et hortatione sancti et beati Mar Athanasii patriarchae fidelium in coenobio Mar Zacchaei Callinicensis, cum degebant Alexandriae diebus φιλοθέου Mar Theodori archimandritae ejusdem coenobii, anno 928 indictione quinta. Quicunque legerit, oret pro φιλοθέῳ Mar Thoma ministro et syncello sancti et beati Mar Athanasii patriarchae, qui laboravit et curam habuit, et pro ceteris eorum qui operam dederunt et laboraverunt cum eo, etc." In aliorum librorum subscriptionibus nomen auctoris siletur, sed eadem urbs Alexandriae, et idem annus Graecorum 928, qui nobis est A.D. 618, memoratur, excepto Masii codice, qui annum praecedentem 927 priori, ut videtur, operis parti assignat.

3. Quod ad Pauli stylum attinet, versionem ejus Graeco archetypo adeo serviliter accommodatam esse, ut sermonis Syriaci proprietas aliquando perierit, negari non potest. E.g. Dan. iii. 15 Graecum idiotismum εἰ ἔχετε ἑτοίμως Noster nimis scrupulose reddidit ܐܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܕܥܒܕܬܘܢ ܐ, pro eo quod linguae suae usus postulabat, ܐ ܕܥܒܕܬܘܢ ܐܢ.[5] Voces Graecas communiores per easdem Syriacas constanter transfert; e.g. θυμὸς per ܪܘܓܙܐ, nunquam per ܟܢܐ, ὀργὴ per ܟܢܐ, nunquam per ܪܘܓܙܐ, λέγει et εἶπε per ܐܡܪ et ܐܡܪ, ἐλάλησε per ܡܠܠ, ἦλθε et παρεγένετο per ܐܬܐ, ἐπορεύθη et ἀπῆλθε per ܐܙܠ, ἦν per ܗܘܐ ܗܘܬ, ἐγένετο per ܗܘܐ, etc. In vocabulis tamen rarioribus vertendis nonnunquam varietati studuisse videtur; e.g. βρόχος ei est ܪܡܐ Prov. vii. 21, ܡܨܝܕܐ Prov. vi. 5, ܡܣܒܟܐ Prov. xxii. 25; κατάδυσις sonat ܫܐܠ Psal. xvi. 14, ܥܡܩܐ Psal. xxxviii. 6, ܬܗܘܡܐ Psal. xlviii. 2, ܫܚܝܬܐ Psal. lxxxviii. 48; σκύφος redditur per ܟܘܣ Gen. xliv. 2, per ܓܒܐ Exod. xxv. 32, per ܟܐܣ Jerem. xxxv. 5. E contrario propter majorem Graecae linguae affluentiam fieri non potuit quin una eademque vox Syriaca pluribus Graecis satisfaceret. Itaque ܛܒܥ nunc κακὸς nunc πονηρὸς sonat; ܒܝܫ ponitur pro ἀνέστρεψε, ἀπέστρεψε, ἐπέστρεψε, κατέστρεψε, ὑπέστρεψε etc.; ܐܬܐ pro ἦλθε et παρεγένετο; ܐܙܠ pro ἀπῆλθε et ἐπορεύθη; ܐܬܦ pro ἐνεπύρισε et ἐνέπρησε; ܒܥܐ ܕܐܠܗܟܘܢ pro ζητεῖτε et θέλετε (Mal. iii. 1); ܢܦܩ pro διεξάγεται et ἐξελεύσεται (Hab. i. 4); ut taceamus ܡܢ pro ἐκ et ἀπὸ, ܥܡ pro σὺν et μετὰ, ܠܘܬ pro πρὸς et παρὰ, etc. "Quod vero," ut Ceriani nostri verba nostra faciamus, "summa interpretis laus est, Paulus, praeter suam, linguam quoque archetypi optime callebat, atque vel in difficillimis locis et rarissimis vocibus summa proprietate, vim vocis quod attinet, reddit;[6] immo ipsas ejusdem vocis Graecae

[5] Vid. T. Skat Rördam *Dissertatio de regulis grammaticis, quas secutus est Paulus Tellensis in V. T. ex Graeco Syriace vertendo*, p. 3. [6] In longo opere exceptiones hujus laudationis rarissimas observavimus, quales sunt: Jerem. xxxix. 10, ubi pro ἀραιὸς, *tenuis*, Noster vertit ܚܣܝܪܐ, h.e. ἀραῖος, *diris devotus;* sed alio loco (Prov. x. 15) recte ܕܠܝܠ. Psal. xx. 13, ubi pro ἐν τοῖς κάλοις (*funibus*) in Syro-hex. est ἐν τοῖς καλοῖς (ܒܥܦ̈ܝܐ). In locis Jerem. xxiii. 32. Zach. ix. 1 etc. interpres noster miscuit ἅρμα, *onus*, et ἅρμα, *currus*, quae confusio frequens est. In Jesai. xiv. 23. Zeph. ii. 14 pro ἐχῖνος (quod tamen aliis locis recte vertit) ἔχιδνα transtulit. Ad Job. iv. 2 Aquilae ἐπαροῦμεν s. ἐπάρωμεν sensu *exsecrandi* cepit, invita lingua. Job. xvi. 19 pro συνίστωρ, *conscius*, a συνειδέναι, in textu Syro-hex. est ܡܣܗܕܐ, quasi a συνιστάναι. Psal. lxi. 11 vox ἐπιποθεῖτε male vertitur ܡܬܚܡ̈ܝܢ, quod πεποιθεῖτε vel πεποιθήσετε potius sonat. Postremo Job. xxxi. 6 pro ἔσταμαι s. ἵσταμαι, *appensus sum* (sc. ἐν ζυγῷ δικαίῳ) Noster imperite vertit *sto* (ܩܐܡ ܐܢܐ). Paulo numerosiores sunt errores, qui non tam interpreti Syro quam codicibus ejus Graecis, unciali charactere sine accentibus et spiritibus, ut videtur, descriptis, imputandi sunt; cujus generis sunt καρπὸς pro κάρφος (Gen. viii. 11), ЄΠωίρουσιν pro СΠαίρουσιν (Job. xxvi. 11), διεδειματίσατο pro διεδηματίσατο (Psal. xxi. 12), ᾗ συντέθηκας pro ἠσυνθέτηκας (Psal. lxxii. 15), πτώσεως pro πτοήσεως (Psal. xc. 5), ΠΡΟCΔΟΚΑΝ pro ΠΡΟЄΔΩΚΑΝ (Jerem. xii. 6), εἷς σίκλος pro εἰς σίκχος (Ezech. vii. 19), πεσὼν pro πέσσων (Hos. vii. 6), etc.

varias licet leves significationes bene distinguit, ut non semel vidi.[7] Si vero aliquid deesse putaret in vocis Syriacae vi, quominus plene vocem Graecam referret, non raro vocem vel locum ipsum Graece adscripsit.[8] Nam Graecas voces ipsas rarissime civitate donavit, easque jam ab aliis ante eum omnes, vel fere usurpatas putarem."[9]

4. De notarum Origenianarum usu Syro-hexaplari in praecedentibus omnia fere occupavimus. Unum hic restat declarandum, hoc est, obeli in lectiones Symmachi et Theodotionis inductio, quae huic exemplari, ni fallimur, peculiaris est. Exempla hujus usus prius ponenda sunt. Itaque 4 Reg. ii. 4 in Hebraeo et LXX est: *καὶ κατηράσατο αὐτοῖς ἐν ὀνόματι κυρίου*; sed Syro-hex. in marg. addit: *καὶ εἶπεν· τέκνα παραβάσεως καὶ ἀργίας*, cum scholio "Haec apud Theodotionem solum posita sunt cum obelis." Sic tamen in textu sine obelo Cod. III, Arm. 1. Mox 4 Reg. ix. 11 LXX et Hebr. habent: *καὶ εἶπαν αὐτῷ· εἰρήνη*; sine responsione, quam in textu supplet Syro-hex. sic: ÷ Θ. *καὶ εἶπεν· εἰρήνη* ◂. Rursus 4 Reg. xv. 5 post verba, *καὶ ἥψατο κύριος τὸν βασιλέα*, Syro-hex. in marg. habet: ÷ Θ. *ὅτι ἤθελεν αὐτὸς προσενεγκεῖν θυσίαν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ προσφέροντος αὐτοῦ ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ φωνὴ πρὸς αὐτόν· οὐ σοὶ, Ὀζία· οὐ σοὶ, Ὀζία, ἀλλὰ τῷ σπέρματι Ἀαρών*; praemisso scholio: "Haec apud Theodotionem solum posita sunt sic, quum sint iis obeli, uti nunc est hic." Postremo Jerem. xxi. 11 pro Hebraeis וּלְבֵית מֶלֶךְ יְהוּדָה Syrus noster in marg. affert: Ἀ. Σ. *καὶ τῷ οἴκῳ βασιλέως Ἰούδα* ÷ *ἐρεῖς* ◂, ubi vox *ἐρεῖς* ad solius Symmachi lectionem pertinere videtur. Praeterea vid. Hex. ad 4 Reg. x. 7. xiii. 6. Ezech. xl. 10. E quibus exemplis conclusio maxime probabilis est, obelos non ab ipso Origene positos esse, ad cujus inceptum non pertinebat excessus aut defectus aliorum praeter LXX interpretum indicare, sed a nescio quibus Bibliorum annotatoribus una cum scholiis appictos, indeque in versionem Syro-hexaplarem assumptos esse. Quod si revera Theodotionis sunt lectiones ei attributae, ipsum aliquando in annotatoris partes delapsum esse fatendum est. Majoris, ut videtur, difficultatis est quaestio de usu notarum hexaplarium in libris apocryphis, in primis Baruch; quae post observationes Ceriani ad versionem dicti libri Syro-hexaplarem pp. 2, 15 adhuc in summa obscuritate versatur.[10]

5. Quod reliquum est, Pauli Telensis versionem, quantum ad Pentateuchum et Salomonis Sapientiam attinet, ex Syriaco in Arabicum transtulit Háreth Ben Senân Ben Sabat, quem exeunte saeculo XV claruisse affirmat Assemani.[11] Pentateuchi (qui praemissam habet Commentationem qua Origenis in Hexaplis concinnandis modus et consilium exponitur a Whitio editam) duo exemplaria in Bibliotheca Bodleiana asservantur, sub titulo et numero Laud. A. 146 et 147, quae ad defectus versionis Syr hexa-

[7] E.g. Psal. lxxvii. 21 pro *ἀνεβάλετο* Noster in textu posuit ﻣﺎﻝ, *distulit;* in marg. autem: ﻟﺎﺥ, *amictus est*, utrumque linguae usui convenienter. [8] Vid. Hex. nostra ad Gen. viii. 11. Prov. xxx. 31. Eccles. xii. 5. Cant. Cant. ii. 17. Jerem. xliii. 10. lii. 22, et passim. [9] Vid. A. M. Ceriani *Prolegom. in Edit. Vers. Syr.* etc. p. viii (*Mon. Sac. et Prof.* T. I, F. I). [10] Inter libros V. T. apocryphos a Theodotione editos (vid. supra p. xxxix) obliti sumus monere, etiam hunc libellum quasi curas ejus expertum recensendum esse, ut e versione ejus Syro-hexaplari constat, cujus lectiones hic exscribere non gravabimur. Hae sunt Baruch i. 1: Ο'. Ἀσαδίου. Θ. Ἀσασίου. Cap. i. 2: Ο'. *ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἔλαβον οἱ Χαλδαῖοι τὴν Ἱερουσαλήμ.* Θ. *ἐν τῇ ἑορτῇ (ῃ) ἔλαβον οἱ Χαλδαῖοι* . . . ubi in Hebraeo nescimus an lectum fuerit בְּמוֹעֵד. Cap. i. 8: Ο'. *υἱὸς Ἰωσία βασιλεὺς* (Θ. *βασιλέως*) *Ἰούδα*. Cap. ii. 29: Ο'. *ἡ βόμβησις* (ﻫﻤﻬﻤﻪ = *ἦχος*) *ἡ μεγάλη ἡ πολλὴ αὕτη ἀποστρέψει εἰς μικρὰν* (*μακρὰν* Codd. III, 26, 33, alii, Syro-hex.) *ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Θ. (*multitudo*) *magna nimis haec convertetur ut deficiat* (ﺣﺒﻴﻞ) *in populis;* ubi vocem Hebraeam הָמוֹן utrique interpreti obversatam esse vix dubium esse potest. Cap. iv. 13: Ο'. *οὐδὲ τρίβους παιδείας* (Θ. *ἀληθείας*). [11] Vid. eum in *Catal. Bibl. Med. Codd. MSS. Orient.* p. 61. Harethum longe antea floruisse asseverat Ceriani in *Mon. Sac. et Prof.* T. I, F. I, p. xii.

plaris in hac parte Bibliorum sarciendos non leve momentum habent, majus fortasse etiam post Grabii et Holmesii curas habitura, si typis imprimi aliquando eis contigerit. Ne tamen nimis auxilii ex hac versione speremus, obstat specimen ejus e Cod. 147 ab Holmesio in Praefatione ad Pentateuchum *omni, qua fieri potest, cura et fide* descriptum. Continet Numerorum Cap. xxiv, in quo textus Arabicus ad Syriacum (Mus. Brit. Addit. MSS. 14,437) exigi potest. Ex hac collatione apparet, Harethum, praeter varietatis in vocabulis Syriacis transferendis studium importunum, in tam brevi specimine plus semel a sensu archetypi sui non leviter aberrasse. Exempli causa: Vers. 6 pro verbis *ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι* Syrus noster habet ܐܝܟ ܛܠܠܐ ܕܥܠܝܗܝܢ, Arabs vero مثل السنبل قد وقع عليه الندا, h. e. *instar spicarum* (ܛܠܠܐ) *quum cecidit super eas ros* (quasi vox ܥܠܝܗܝܢ ad ܛܠܠܐ, *ros*, non ad ܛܠ, *obumbravit*, referenda esset). V. 8: *ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ*, h. e. Syro vertente, ܐܝܟ ܡܥܠܝܘܬܗ ܕܚܕ, quod Haretho sonat: *ut gloria celsitudinis ejus* (علوه). Nihil moramur v. 24: *καὶ ἐξελεύσεται ἐκ χειρῶν Κιτιαίων*, ܘܢܦܪܩܘܢ ܥܡ ܟܬܝܐ ܘܩܛܠܝܢ, pro quo Holmesius exscripsit ويتخلص مَن افدي الكبش, vertens: *et salvi erunt qui redemerunt Ketiaeos*, quia textus Arabicus facilem medicinam admittit: من ايدي الكتيين. Ut finem faciamus, quinquies in hoc specimine Syriace ponitur ܐܥܒܪ pro Graeco *ἀνέλαβε* (*τὴν παραβολὴν*), cujus loco interpres Arabs tentat اخذ (v. 3), ابتدا (vv. 15, 20), افتتح (v. 21), et ارسل (v. 23); quam varietatem inani elegantiae ostentationi potius quam criticis usibus inservire quivis videt.

CAPUT VIII.

De interpretibus Hebraeo, Syro, Samaritano, quorum lectiones in Hexaplis allegantur.

I. Quid significet *τὸ Ἑβραϊκὸν* sive *ὁ Ἑβραῖος*. II. Quis sit *ὁ Σύρος*. III. Quid sibi velit *τὸ Σαμαρειτικόν*.

I. *Quid significet τὸ Ἑβραϊκὸν, sive ὁ Ἑβραῖος.*

Sub titulo *τοῦ Ἑβραϊκοῦ* sive *τοῦ Ἑβραίου* tres diversi generis sive compositiones sive auctores in Hexaplis et scholiis ad ea pertinentibus innui videntur.

1. Primum, Hexaplorum columella sive pagina secunda *τὸ Ἑβραϊκὸν* (plenius *τὸ Ἑβραϊκὸν Ελληνικοῖς γράμμασι*) appellatur, cujus lectiones nos sub compendio scripturae Ἑβρ. designavimus. Sic Gen. i. 1: Ἑβρ. *βρησίθ*. Gen. ii. 8: Ἑβρ. *γὰν βεδέμ*. Gen. xxviii. 19: Ἑβρ. *οὐαλὰμ λοὺζ σὲμ ἀείρ*. Psal. viii. 1: Ἑβρ. *λαμανασσὴ ἀλ ἀγεθθίθ*. Jesai. xxvi. 2–4: Ἑβρ. *φθόου σααρεὶμ, οὐϊαβὼ γωΐ σαδὶκ, σωμὴρ ἐμμουνείμ. ἰεσρὸ σμοὼχ, θεσὰρ σαλὼμ σαλὼμ, χιβὰχ βατόου. βετοὺ βαδωναΐ*

ἀδδὼδ, χιβαϊὰ σὼρ ὠλεμείμ. Ex his et aliis speciminibus per Hexapla dispersis, non difficile est regulas quasdam generales, quas in hac operis sui parte concinnanda secutus sit Origenes, indagare.[1]

Quod ad literas *consonantes* (quas vocant) attinet:

א (*ἄλφ*) silet, ut nonnisi vocalis hanc literam excipiens exprimatur, ut *ἀρβαείμ* pro אַרְבָּעִים (1 Reg. iv. 18), *ἰs* pro אִישׁ (Psal. i. 1), *ἐσσὰ* pro אִשָּׁה (Gen. ii. 23).

ב (*βήθ*) omnino respondet Graeco $\bar{\beta}$.

ג (*γίμλ*) exprimitur semper per $\bar{\gamma}$ Graecorum, ut *γὰν* pro גַּן (Gen. ii. 8), *ἐγγαὼν* pro הַגָּיוֹן (Psal. ix. 17).[2]

ד (*δέλθ*) legitur per Graecum $\bar{\delta}$ ubique.

ה (*ἦ*) silet, vel per spiritum lenem effertur, in initio vocis, ut *ἂρ* pro הַר (Psal. xlvii. 3), *ἠδὰδ* pro הֲיָדַד (Jerem. xlviii. 33); in medio, ut *Ἀβραὰμ* pro אַבְרָהָם, *βερατείμ* pro בְּרָהָטִים (Aq. Cant. Cant. vii. 5); etiam in fine, ut *σὲλ* pro סֶלָה, *ἐμ* pro הֵמָּה (Psal. ix. 7).

ו (*οὐαῦ*) in initio vocis exprimitur per *οὐ*, ut *οὐζὼθ* pro וְזֹאת (Mal. ii. 13), *οὐϊεγὰρ* pro וַיִּגְהַר (4 Reg. iv. 35), rarius cum additione vocalis huic literae subjectae, ut *οὐαθὲτ* pro וַתֵּט (Psal. xliii. 19); in medio per $\bar{\beta}$, ut *Ἀβὰ* pro עָוָה (LXX 4 Reg. xviii. 34), *Καβρωθαβᾶ* (potius *Καβρωθαθαβᾶ*) pro קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה (Num. xi. 34); in fine per $\bar{\upsilon}$ consonantem, ut *ἐσχαὺ* pro יִשְׁכַּב (Gen. xxxiv. 2).

ז (*ζαῖ*) per Graecum $\bar{\zeta}$ ubique redditur. Sola exceptio est *μασβηῆ* pro מִזְבֵּחַ (Mal. ii. 13).

ח (*ἦθ*) duplicis pronuntiationis est, cujus exemplum est vox חַרְסִית (Jerem. xix. 2) quae Senioribus *χαρσείθ* sonat, Aquilae autem et ceteris *ἀρσείθ*. Exprimitur per $\bar{\chi}$ in *ὠχείμ* pro אוֹחִים (Sym. Jesai. xiii. 21), necnon in propriis nominibus *Χὰμ*, *Χεβρὼν*, *Χαρρὰν* (Josepho *Αὐρανῖτις*), *Ἰεριχὼ*, *Ὀχοζίας* pro אֲחַזְיָה (Aquilae *Ἀαζία*); saepius vero per spiritum tantum, ut *ἂγ* pro חַג (Psal. cxvii. 27), *ὃλδ* pro חֶלְד (Psal. xlviii. 2), *ὃμρ* pro חֹמֶר (Hos. iii. 2), *ἰδαθεὶ* pro חִידָתִי (Psal. xlviii. 5), *ἐσσὴν* pro חִשֶּׁן (Exod. xxviii. 15); in media autem voce *Ῥαὰβ* pro רָחָב, *ῥὲμ* pro רֶחֶם (Psal. cix. 3), *ἰεβὰλ* pro יְחַבֵּל (Psal. vii. 15), *οὐμαλαμὰ* pro וּמִלְחָמָה (Psal. lxxv. 4), *μεσσαὰρ* pro מְשָׁחָר (Psal. cix. 3), *λακὲθ* pro לָקַחַת (Mal. ii. 13), *οὐθασρηοὺ* pro וַתְּחַסְּרֵהוּ (Psal. viii. 6). Denique in fine vocis in $\bar{\eta}$ aut $\bar{\epsilon}$ silet; ut *μασβηῆ* pro מִזְבֵּחַ (Mal. ii. 13), *φασὲ* pro פֶּסַח (Aq. Deut. xvi. 1).[3]

ט (*τήθ*) exprimitur per $\bar{\tau}$, ut *τὰλ* pro טַל (Ps. cix. 3), *σεττὶμ* pro שִׁטִּים (Aq. Deut. x. 3).

י (*ἰώθ*) in initio vocis per $\bar{\imath}$ redditur, ut *ἰησὴβ* pro יֵשֵׁב (Psal. ix. 8), *ἰσουὼθ* pro יְשׁוּעוֹת (Psal. cxv. 4).

כ (*χάφ*) semper aspiratur, ut *χῶs* pro כּוֹס (Psal. cxv. 4), *βαρουὺχ* pro בָּרוּךְ (Psal. cxvii. 26).[4]

ל (*λάβδ*), מ (*μήμ*), נ (*νοῦν*), et ס (*σάμχ*) cum Graecis, $\bar{\lambda}$, $\bar{\mu}$, $\bar{\nu}$ (nisi excipienda sit scriptura *βεδὲμ* pro בְּעֶדֶן (Gen. ii. 8)), $\bar{\sigma}$ regulariter permutantur.

ע (*αἶν*) in initio vocis exprimitur per spiritum lenem, ut *ἀλ* pro עַל (Psal. viii. 1), *ἀλὴ* pro

---

[1] Cf. Montef. *Origenis Hexaplorum quae supersunt*, T. II, pp. 394–399.

[2] Scriptura *εἰαὼν* pro הַגָּיוֹן (Psal. xci. 4 in *Auctario*) vix sana esse videtur.

[3] Singularia sunt *φασὲκ* (2 Paral. xxx. 1) et *Ταβὲκ* pro טָבַח (Gen. xxii. 24).

[4] Exceptiones sunt *ἐν σαβὲκ* pro בַּסְּבָךְ (LXX Gen. xxii. 13), necnon Graeca derivativa *κάδος* a כַּד, *κινύρα* a כִּנּוֹר.

יַצְלִי (Psal. xlviii. 12), *οὐαλέα* pro וְעָלֶיהָ (Psal. vii. 8), *ἀειρ* pro הָעִיר (Gen. xxviii. 19), *ἑλιὼν* pro עֶלְיוֹן (Psal. xc. 9), *ἐμὲκ* pro עֵמֶק (LXX Jos. vii. 24); rarius per $\bar{\gamma}$, ut *βεγαβρὼθ* pro בְּעַבְרוֹת (Psal. vii. 7), et in propriis nominibus *Γάζα* (Aq. *Ἀζὰ*) pro עַזָּה (LXX Deut. ii. 23), *Γαὶ* pro עַי (LXX Jos. vii. 2), *Γαιβὰλ* (Aq. *Ἡβὰλ*) pro עֵיבָל (LXX Deut. xi. 29), *Γαυὰ* pro עִוָּה (Aq. Jesai. xxxvii. 13), *Σόγορα* et *Σηγὼρ* pro צוֹעַר, *Γόμορρα* pro עֲמֹרָה etc. In medio vocis silet, ut *μὰτ* pro מְעַט (Psal. viii. 6), *νὲρ* pro נַעַר (Hos. xi. 1), *Bὰλ* (LXX *Bάαλ*) pro בַּעַל (4 Reg. i. 2), *σααρεὶμ* pro שְׂעָרִים (Jesai. xxvi. 2), *σεωρὶμ* pro שְׂעֹרִים (Hos. iii. 2), *δεμὰ* pro דְּמָעָה (Mal. ii. 13), *θεσοὺ* pro תַּעֲשׂוּ (Mal. ii. 13). In fine vocis redditur per $\bar{α}$ aut $\bar{ε}$, ut *Ἰησουὲ* (Aq. *Ἰησουὰ*) pro יְהוֹשֻׁעַ (LXX 1 Paral. vii. 27), *Ὡσηὲ* pro הוֹשֵׁעַ, *ἰαδαὲ* pro יָדַע (Psal. xci. 7), *Ἀνὲ* (LXX *Ἀνάγ*?) pro הֲנַע (Aq. Jesai. xxxvii. 13), *θεσαμηὼθ* pro תְּשַׁע מֵאוֹת (Gen. v. 5).

פ (*φή*) per $\bar{φ}$ semper effertur. Sic Hieron. Comment. in Dan. (Opp. T. V, p. 724): "Notandum autem quod P literam Hebraeus sermo non habeat, sed pro ipsa utatur PHE, cujus vim Graecum $\bar{φ}$ sonat."

צ (*σαδή*) per $\bar{σ}$ exprimitur, ut *σαδὶκ* pro צַדִּיק (Jesai. xxvi. 2), *ἀρς* pro אֶרֶץ (Psal. xi. 7. lxxv. 10), et propria nomina *Σαβαὼθ*, *Σιὼν*, *Σὸρ*, *Σιδὼν*, *Σεδεκίας* etc.

ק (*κώφ*), et ר (*ῥής*) Graecis $\bar{κ}$ et $\bar{ρ}$ accurate respondent.

שׁ et שׂ (*σέν*) nullo discrimine per $\bar{σ}$ exprimuntur, ut *σωσανὶμ* pro שֹׁשַׁנִּים (Psal. xliv. 1), *σασὼν* pro שָׂשׂוֹן (Psal. xliv. 9).

ת (*θαῦ*), etiam dagessatum, semper per $\bar{θ}$, non $\bar{τ}$, effertur, ut *μαχθὰμ* pro מִכְתָּם (Psal. xv. 1), *οὐαθὲτ* pro וַתֵּט (Psal. xliii. 19).

Transeamus ad vocales, quae per puncta literis appicta notantur. Ex his Kamets, Pathach et Chateph Pathach regulariter per $\bar{α}$ efferuntur, ut *ἀειρ* pro הָעִיר (Gen. xxviii. 19), *καραθὶ* pro קָרָאתִי (Hos. xi. 1), *γὰν* pro גַּן (Gen. ii. 8), *βααλὶλ* pro בַּעֲלִיל (Psal. xi. 7), *ἀνακὰ* pro אֲנָקָה (Mal. ii. 13); rarius per $\bar{ε}$, ut *ὠλεμεὶμ* pro עוֹלָמִים (Jesai. xxvi. 4), *ἰερχθὴ* pro יֵרָכְתֵי (Psal. xlvii. 3), *ἐσρὴ* pro אַשְׁרֵי (Psal. i. 1), *νὲρ* pro נַעַר (Hos. xi. 1).

Tsere cum $\bar{η}$ commutatur, ut *ἰησὴβ* pro יֵשֵׁב (Psal. ix. 8), *μηὴν* pro מֵאַיִן (Mal. ii. 13); aliquando cum $\bar{ε}$, ut *σὲμ* pro שֵׁם (Gen. xxviii. 19), *ἐμὲκ* pro עֵמֶק (LXX Jos. vii. 24).

Segol per $\bar{ε}$ efferri solet, ut *σὲλ* pro סֶלָה, *Ζωελὲθ* pro זוֹחֶלֶת (Hex. ad 3 Reg. i. 9), vel, quiescente e duobus altero, *νὲβλ* pro נֵבֶל (Psal. xci. 4), *ῥὲμ* pro רֶחֶם (Psal. cix. 3), *λὲθχ* pro לֶתֶךְ (Hos. iii. 2); est ubi per $\bar{α}$ et $\bar{ο}$, ut *θαβὲλ* pro תָּבֶל (Theod. Lev. xviii. 23), *κὰρν* pro קֶרֶן (Hex. ad Job. xlii. 14), *χωθὰρθ* pro כֹּתֶרֶת (Hex. ad 4 Reg. xxv. 17), *ὸλδ* pro חֶלֶד (Psal. xlviii. 2).

Chirik utrumque per $\bar{ει}$ vel $\bar{ι}$ exprimitur, ut *–εὶμ* vel *–ὶμ* in pluralibus, *ἀσεμινὶθ* pro הַשְּׁמִינִית (Psal. xi. 1), *διβρὴ ἀϊαμὶμ* pro דִּבְרֵי הַיָּמִים, *γιββὼρ* pro גִּבּוֹר (Jesai. ix. 5); *parvum* autem (quod vocatur) non raro per $\bar{α}$ et $\bar{ε}$, ut *μαναὰ* pro מְנָחָה, *μαχθὰμ* pro מִכְתָּם (Psal. xv. 1), *μαλαμὰ* pro מִלְחָמָה (Psal. lxxv. 4), *ἀσροὺ* pro אִסְרוּ (Psal. cxvii. 27), *ἐσσὰ* pro אִשָּׁה (Gen. ii. 23), *ἀγεθθὶθ* pro הַגִּתִּית (Psal. viii. 1), *φεγγοὺλ* pro פְּגוּל (Theod. Lev. vii. 18).

Cholem per $\bar{ω}$ effertur, ut *χῶς* pro כּוֹס (Psal. cxv. 4), *δωδῶ* pro דּוֹדוֹ (Lev. xx. 20); aliquando per $\bar{ου}$, ut *σαφοὺν* pro צָפוֹן (Psal. xlvii. 3), *μανοὺδ* pro מָנוֹד (Psal. xliii. 15); rarius per $\bar{ο}$, ut *ὸμρ* pro חֹמֶר (Hos. iii. 2), *χεφὸρ* pro כְּפוֹר (Psal. cxlvii. 5).

Schurek cum $\bar{ου}$ commutari solet, ut *Λοὺζ* pro לוּז (Gen. xxviii. 19), *θεσοὺ* pro תַּעֲשׂוּ (Mal. ii. 13), *ἰσουὼθ* pro יְשׁוּעוֹת (Psal. cxv. 4); rarius per $\bar{ω}$, ut *σὼρ* pro צוּר (Jesai. xxvi. 4).

Postremo Kibbuts per ō effertur, ut *ζολλὼθ* pro זְלוּת (Psal. xi. 9).

Scheva in initio vocis aliquando silet, ut *βρησὶθ* pro בְּרֵאשִׁית, *βχεννὼρ* pro בְּכְנוֹר (Psal. xci. 4), *βσαὶμ* pro בְּשֵׂם (Psal. cxvii. 26), *σὴθ* pro שְׁאֵת (Hex. ad Lev. xiii. 10, 19); aliquando effertur per ē, ut *βεγαβρὼθ* pro בְּעַבְרוֹת (Psal. vii. 7); libentius vero pro ē vocalem assumit quae in sequenti syllaba habetur, ut *φαὰθ* pro פְּאַת (Theod. Lev. xix. 27), *λαμασὰλ* pro לְמָשָׁל (Psal. xlviii. 5), *φαλαγαῦ* pro פְּלָגָיו (Psal. xlv. 5), *μωκὼρ* pro מְקוֹר (Psal. xxxv. 10), *ῥαφαὶμ*, *σαβαὼθ*, *Σολομὼν*, etc.

Praeterea observandum est, in affixis secundae personae singularis masculini generis pro ךָ vel ךָ Origenem sonuisse ᾱχ, rarius ε͞χ, ut *βὰχ* pro בְּךָ (Jesai. xxvi. 3), *ἐλωὰχ* pro אֱלוֹהֶיךָ (Psal. xliv. 9), *ἀρὰχ* pro אֲרֻחָךְ (Psal. xliii. 19), *ἠχαλὰχ* pro הֵיכָלְךָ (Psal. xlvii. 10), *ἰελεδεθὲχ* pro יַלְדְּתֶךָ (Psal. cix. 3).

Nescimus utrum Origeni an amanuensibus imputandae sint confusiones duorum vocabulorum Hebraeorum, quales sunt *θεσαμηὼθ* pro תְּשַׁע מֵאוֹת (Gen. v. 5), *βαηλαὶ* pro בָּא אֵלַי (Gen. xliii. 23), *ἀληαδαμὼθ* pro עֲלֵי אֲדָמוֹת (Psal. xlviii. 12), *ὡσιεννὰ*, *ἀσλιαννὰ* pro הוֹשִׁיעָה נָּא, הַצְלִיחָה נָא (Psal. cxvii. 25), *σαυλασαῦ* pro צַו לָצָו, *καυλακαῦ* pro קַו לָקָו, *ζιηρσὰμ* pro זְעֵיר שָׁם (Jesai. xxviii. 13), *ἀλληλούϊα* pro הַלְלוּ יָהּ (LXX Psal. civ. 1).

Obiter notandus usus *τοῦ ἀδωναῖ* pro יְהוָה in columna Hexaplorum secunda ad Psal. cxvii. 25. Prov. viii. 22. Jesai. xxvi. 4.

2. Per appellationem *Hebraei* in Hexaplorum reliquiis etiam Hebraeum archetypum sive primam operis Origeniani columnam aliquando significari non est quod miremur. Extra omnem ambiguitatem sunt locutiones Eusebianae *ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις*, *ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις*, quarum prior legitur ad Psal. lxxv. 3, ubi pro *ἐν εἰρήνῃ*, quae versio est *τῶν Ο′*, *ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις καὶ οἱ λοιποὶ*, *ἐν Σαλὴμ*, recte prae se ferunt; posterior autem ad Psal. xl. 10, ubi *ἀντὶ τοῦ*, *πτερνισμὸν*, *παρὰ τοῖς Ο′ εἰρημένον*, *ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις*, *πτέρναν*, *περιέχει*.[5] Idem in scholiis Graecis sonat *τὸ Ἑβραϊκὸν*, ut Schol. ad Job. vi. 4: *Ἀντὶ τοῦ κυρίου*, *σαδδαὶ κεῖται ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ*, *ὃ ἑρμηνεύεται ἱκανόν*; Origen. in Hex. ad Gen. iv. 8: *Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Κάϊν πρὸς τὸν Ἄβελ οὐ γέγραπται*; Euseb. in Onomastico, p. 126: *Βύβλος... ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει Γοβέλ* (גְּבַל); S. Basil. in Hex. ad Jesai. ii. 21: *Ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς κοινῆς ἐκδόσεως οὐ κεῖται τοῦτο*, *ἀλλ' ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κείμενον*, *ἐκ τῶν λοιπῶν μετεκομίσθη*.[6] Etiam *τοῦ Ἑβραίου* nomen in Hexaplis, etsi ambiguum, aliquando pro textu Hebraeo poni certo certius est. Sic in titulis Psalmorum lxix, lxx, cxliii, cxlv: *οὔτε παρὰ τῷ Ἑβραίῳ* (s. *παρ' Ἑβραίοις*), *οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις εὑρίσκεται*. Sed ad hunc usum probandum testis instar omnium est S. Chrysost. ad Jerem. xxxi. 2: *Ὃ γὰρ θερμὸν ἡρμήνευσεν ὁ Ἕλλην*, *τοῦτο*, *χάριν*, *ἔχει ὁ Ἑβραῖος... τὸ γὰρ ὼμ* (חֵן) *κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν δασυνόμενον*, *θερμόν ἐστι· τὸ δὲ ἦν* (חֵן) *κάλλος κεχαριτωμένον*; ad quem locum valde notabile est, *Hebraeum interpretem* (qui et *ὁ Ἑβραῖος*) non *χάριν*, sed *οἰκτιρμὸν* posuisse. Transeamus ad interpretem Syro-hexaplarem, qui centies in margine textum Hebraeum affert sub siglis ܐ. et ܐܐ., interdum cum plena scriptura ܐܒܪܝܐ, ܐܐܒܪܝܐ (Hex. ad Jesai. xlii. 1. lii. 7. Jerem. xi. 5.

[5] Vid. etiam Hex. ad Psal. xxxv. 3. Jesai. v. 1.

[6] Cf. Hex. ad Gen. v. 25. Exod. iv. 25. Jesai. xlii. 4. Jerem. i. 1.

xxxix. 13) rarius in plurali (Hex. ad Gen. iv. 8. Prov. ix. 12. Jesai. xlvi. 10); in quibus omnibus locis manifesto indicatur Hebraeum archetypum, non interpres quidam ὁ Ἑβραῖος dictus, qui Syro nostro prorsus incognitus fuisse videtur. Postremo ὁ Ἑβραῖος (ܥܒܪܝܐ) h. e. textus Hebraicus, allegatur et cum versione Syra vulgari comparatur ab Ephraemo Syro in quindecim locis quos collegit Jos. Perles in *Melet. Peschit.* pp. 51–53, e quibus unum et alterum in schedas nostras condere non gravabimur. Gen. xxv. 25 (Opp. T. I, p. 173): "Pro *cincinnis* (ܩܘܨܝܢ) *pilorum, stolam* (ܣܘܬܐ) *pilorum* dicit Hebraeus;" ubi revera in Hebraeo est אַדֶּרֶת. Deut. ix. 15 (Opp. T. I, p. 273): "Ubi dixit (Peschito) *oravi*, in Hebraeo scriptum est *jejunavi*." Scilicet vox Hebraea est וָאֶתְנַפַּל, *et prostravi me*, sed Ephraemo obversabatur locus Deut. ix. 9, ubi *jejunium* tantum memoratur. 1 Sam. xxiv. 4 (Opp. T. I, p. 380): "Hebraeus, *ut tegat pedes ejus*, quod editio nostra dicit, *et dormivit ibi*." 2 Sam. xix. 35 (Opp. T. I, p. 423): "*Non possum percipere vocem nobilium virorum et nobilium mulierum* (שָׁרִים וְשָׂרוֹת); sed Hebraeus dixit, ܠܐ ܐܫܬܘܕܥ ܠܝ ܩܠ (שָׁרִים וְשָׂרוֹת)." Semel quidem (Opp. T. I, p. 173) pro ܐܬܠ vel ܣܠܩ Ephraem usus est locutione ܝܗܒ (ἐξέδωκεν) ܐܡܪ, quam tamen de textu Hebraeo (qui S. Cyrillo in Hex. ad Zach. vi. 3. viii. 10. xiv. 8 est ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, et S. Severo in Hex. ad 4 Reg. viii. 15 ܕܐܬܩܢܝ ܒܗ) recte positam esse probavimus in Hex. ad Jesai. v. 1. Quod vero ad scriptores Latinos attinet, locutiones *in Hebraeo, juxta Hebraeos*, in S. Hieronymi Commentariis semper de Hebraica veritate intelligendas esse vix est quod moneamus.

3. Restat interpres quidam cognomine ὁ Ἑβραῖος, de quo quis non sit, confidenter affirmare; quis vero sit, non nisi hariolando conjicere possumus. Lectiones ejus, ex Eusebio Emiseno, Diodoro, Acacio, Didymo, Polychronio, Olympiodoro, Chrysostomo, Theodoreto, aliis, semel ex Origene[7] excerptae, ad certos tantum S. Scripturae libros, videlicet ad Genesim quatuordecim, ad Exodum duae, ad Jobum undequadraginta, ad Jesaiam una, ad Jeremiam septem, ad Ezechielem viginti quinque, ad Danielem una, in Hexaplis allegantur. Saepe copulatur cum alio interprete anonymo, qui et ipse in summa obscuritate versatur, ὁ Σύρος.[8] Quod ad versionem ejus attinet, cum exemplari Hebraeo hic illic accurate concinit; e. g. Gen. viii. 21: יֵצֶר לֵב הָאָדָם. Ὁ Ἑβραῖος· τὸ πλάσμα τῆς καρδίας ἀνθρώπου. Job. ii. 3: וְעֹדֶנּוּ מַחֲזִיק בְּתֻמָּתוֹ. Ὁ Ἑβραῖος· καὶ ἔτι ἔχεται τῆς ἑαυτοῦ τελειότητος. Job. xl. 22 (Heb. 27): Ὁ Ἑβραῖος· ἆρα πληθυνεῖ πρὸς σὲ δεήσεις; ἆρα λαλήσει πρὸς σὲ μαλακά; quae Hebraeam veritatem apte et eleganter exprimunt. Sed longe frequentius ab ea plus minus recedit hic interpres. Sic Gen. xxii. 13 pro נֶאֱחָז, *detentus*, Syrus et Hebraeus κρεμάμενος vertunt, quod Hebraice sonat תָּלוּי.[9] Job. ii. 5: יְבָרֶכְךָ. Ὁ Ἑβραῖος· βλασφημήσει σε. Job. vii. 12: מִשְׁמָר. Ο'. φυλακήν. Ὁ Ἑβραῖος· πόνους. Job. vii. 20: מָה אֶפְעַל. Ὁ Ἑβραῖος· τί σε ἔβλαψα; Jesai. vii. 18: לַדְּבוֹרָה. Ο'. τῇ μελίσσῃ. Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος· σφηκί (Hebraice צִרְעָה). Ezech. xvi. 6: בְּדָמַיִךְ. Ο'. ἐν τῷ αἵματί σου. Ὁ Ἑβραῖος· ἐν τῇ ὑγρασίᾳ σου. Ezech. xxxii. 23: בְּיַרְכְּתֵי־בוֹר.

[7] Vid. Hex. ad Ezech. xxxii. 23.

[8] Sic ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος Gen. iv. 1. xi. 3. xxiv. 1. Job. iii. 3. Jesai. vii. 18. Ezech. xliii. 2, 3. xliv. 20; ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος Gen. viii. 7. xxii. 13. xxxvii. 2. Exod. i. 12. Jerem. i. 11. xxxi. 2.

[9] Sic 2 Reg. (Sam.) xviii. 10: תָּלוּי בָּאֵלָה. Ο'. κρεμάμενον ἐν τῇ δρυΐ.

O′. *ἐν μηροῖς λάκκου.* Ὁ Ἑβραῖος· *ἐν μήκει λάκκου.* Interdum paraphrastam potius quam interpretem agit Noster. E. g. Job. i. 22: *Nec dedit insulsum Deo.* Σαφέστερον (inquit Olympiodorus) *ὁ Ἑβραῖος, οὐκ ἐμέμψατο, φησὶ, τῷ θεῷ.* Job. ix. 9: *Et Pleiadas* (כִּימָה) *et penetralia austri.* Ὁ Ἑβραῖος· *καὶ πάντα τὰ ἄστρα τὰ κυκλοῦντα νότον.* Job. xiii. 11: *Nonne majestas ejus* (שְׂאֵתוֹ) *terrebit vos?* Ὁ Ἑβραῖος· *ἐὰν ἀποστρέψῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ταραχθήσεσθε.* Ezech. xiii. 18: *Vae iis quae consuunt pulvillos ad omnes cubitos manuum, et faciunt culcitas ad caput* (hominum) *cujusvis staturae.* Quae sic enarravit Hebraeus noster: Οὐαὶ *ταῖς ποιούσαις φυλακτήρια, καὶ κρεμαζούσαις ἐπὶ τοῖς βραχίοσιν αὐτῶν, καὶ ἐπιτιθεμέναις αὐτὰ ἐπάνω κεφαλῆς ἑκάστης ἡλικίας.*

Ex his, e pluribus paucis, exemplis satis superque, ni fallimur, confutatur triplex de Hebraeo interprete hypothesis. *Prima* (quae Drusii quoque esse videtur[10]) eorum est qui opinantur Olympiodorum et ceteros ipsius exemplaris Hebraei versionem Graecam a se confectam sub hoc nomine allegasse, ut reapse *ὁ Ἑβραῖος* idem sonet ac *τὸ Ἑβραϊκόν.* Nam si concedamus (id quod vix credibile est) eos Hebraea eruditione competenter imbutos esse, quomodo accidere potuit, ut versio eorum ab Hebraea veritate tantum, quantum a nobis jam declaratum sit, discederet? *Altera* est Criticorum,[11] qui arbitrati sunt *τὸν Ἑβραῖον* non alium esse quam Aquilam nostrum, cui propter scrupulosam ejus archetypi sui imitationem honorificum hoc cognomen inditum sit. At quid tum fiet de tot Hebraei nostri lectionibus, quae ab Hebraea veritate tum in singulis vocibus tum in tota verborum complexione immane quantum abhorrent? Hoc unum argumentum omnibus quibus primo statim intuitu perspicua sit Aquilae manus, ad rem conficiendam sufficit; ut vix opus sit loca innumera proferre, in quibus post allatam *τοῦ Ἑβραίου* versionem, statim subjungatur Aquilae lectio ab ea longe diversa.[12] *Tertia* sententia est Eichhornii,[13] qui sibi suasit sub hoc nomine afferri criticas Hebraei exemplaris cum versione LXXvirali comparationes, e Patrum Graecorum et Latinorum, *in primis S. Hieronymi,* Commentariis excerptas. "Hieronymo," inquit, "qui in Commentariis suis versionem *τῶν* O′ cum archetypo toties comparavit, multae occasiones fuerunt eam juxta Hebraeum corrigendi; ejusque correctiones semper in Hexapla sub nomine *τοῦ Ἑβραίου* introductae sunt." Deinde exempli causa affert: Gen. ii. 2, ad quem locum Montef. edidit: "Ἑβρ. [*τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ*]. O′. *ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ;*" ubi Ἑβρ. non est Hebraeus noster, sed textus Hebraeus; et Graeca uncis inclusa sunt Montefalconii versio Latinorum Hieronymi in Quaest. in Gen.: "Pro *die sexto* in Hebraeo habet *diem septimum.*" Gen. iv. 12: נָע וָנָד, ubi Montef.: "Ὁ Ἑβραῖος *καὶ ὁ Σύρος· σαλευόμενος καὶ ἀκαταστατῶν.* O′. *στένων καὶ τρέμων;*" Procopius vero pro Ὁ Ἑβραῖος *καὶ ὁ Σύρος,* Τὸ Ἑβραϊκὸν *καὶ οἱ λοιποὶ* habet. Utut sit, Hieronymi annotatio, unde Graecam lectionem derivatam esse temere affirmat Criticus noster, videlicet: "Quod LXX *Naid* transtulerunt, in Hebraeo NOD dicitur, et interpretatur *σαλευόμενος,* id est, *instabilis* et *fluctuans* ac *sedis incertae,*" non huc pertinet, sed ad v. 16; lacuna autem, quam apud Hieronymum post *σαλευόμενος* statuit Eichhornius, quasi excidisset *καὶ ἀκαταστατῶν,*

[10] Vid. Montefalconii *Hexapla,* T. I, p. 417. [11] E. g. J. S. Semleri in *Vorbereitung zur theologischen Hermeneutik,* P. I, p. 327. [12] Vid. Hex. ad Gen. xxxviii. 29. Exod. iv. 26. Job. ii. 5. xiv. 8. xv. 14. xx. 5. Ezech. ix. 4. xvi. 8. xxi. 21. xxii. 28. xxiii. 20. [13] Eichhorn. (J. G.) *Einleitung in das A. T.* T. I, p. 410 sqq. ed. 3tiae.

est mera hallucinatio Viri ingeniosi, ne dicamus dolosi, qui ut hypothesi suae fidem adstruat, pro tribus epithetis, quae vocem σαλευόμενος per paraphrasin exprimunt, duo tantum, inverso ordine, *fluctuans et instabilis* (h. e. σαλευόμενος καὶ ἀκαταστατῶν) in allegando posuerit. Ceteras ejus ejusdem farraginis probationes exscribere nolumus: hoc unum affirmamus, et quemlibet talium quaestiuncularum studiosum ad negandum provocamus, e lectionibus plus quam octoginta, quae Hebraeo interpreti in Hexaplis tribuuntur, ne unam quidem in Hieronymi Commentariis inveniri posse.

Restat antecessoris nostri opinatio, ea qua par est haesitatione proposita; scilicet per hoc nomen intelligi posse Hebraeos illos doctores, quibus in S. Scripturis explicandis utebantur Patres Graeci veteres, maximeque Origenes, de quo ait Hieronymus: "Ipse Origenes et Clemens et Eusebius, atque alii complures, quando de Scripturis aliqua disputant, et volunt approbare quod dicunt, sic solent scribere: *Referebat mihi Hebraeus;* et, *Audivi ab Hebraeo;* et, *Hebraeorum ista sententia est.*"[14] Tali in Hebraea eruditione magistro ipsum Hieronymum usum esse notissimum est, qui ei *Hebraeus qui me in S. Scripturis erudivit,*[15] semel fortasse simpliciter *Hebraeus* audit.[16] Cum vero in Hexaplis citetur, non indefinite Ἑβραῖός τις vel οἱ Ἑβραῖοι, magistri videlicet qui institutiones suas ore tradebant, sed certus quidam auctor, ὁ Ἑβραῖος, quem opus suum scripto mandasse probabile est, verisimilius est, nostro quidem judicio, hoc titulo insignitum esse Hebraeum quendam, cujus nomen deperditum est, sive Judaeum sive Christianum, utriusque linguae doctum, qui certos Veteris Testamenti libros (in primis Genesim, Jobum et Ezechielem) e sermone nativo in Graecum transtulerit, idque, quod ad stylum attinet, non verbum de verbo Aquilae more exprimens, sed ad Symmachi liberiorem et elegantiorem sermonem magis accedens.

II. *Quis sit ὁ Σύρος.*

Inter reliquias Hexaplorum inde a Flaminii Nobilii collectione inventae sunt lectiones cujusdam interpretis, qui simpliciter τοῦ Σύρου appellatione distinguitur, quique cum *Hebraeo* modo memorato non raro copulatur. Auctores qui Syri lectiones allegant, sunt Melito (semel tantum ad Gen. xxii. 13), Didymus, Diodorus, Eusebius Emisenus, Polychronius et Apolinarius (ad Danielem), Chrysostomus,[17] Theodoretus (ad Jeremiam et Ezechielem), Procopius, alii; ad Genesim quidem tricies, ad Jeremiam sexies et vicies, ad Ezechielem duodecies, ad Psalmos septies, ad Threnos quinquies, bis terve ad Exodum, Danielem et Hoseam, ad 3 Regum et ad Jesaiam non nisi semel. In ceteris autem libris in nullam τοῦ Σύρου mentionem incidimus.

[14] Hieron. Opp. T. II, p. 469. [15] Vid. Hex. ad Amos iii. 11. Nah. iii. 8. [16] Vid. Hex. ad Nah. iii. 1. [17] Chrysostomus tres tantum, ni fallimur, τοῦ Σύρου lectiones memorat, videlicet ad Gen. iv. 4 (ubi ei Symmachi versionem ἐνεπύρισεν per incuriam tribuit); ad Psal. xlviii. 6: Ὁ Σύρος (lapsu graphico, ut videtur, pro ὁ Ἑβραῖος)· ῥᾶ; postremo (quod serius vidimus) ad Gen. xxii. 12: עַתָּה יָדַעְתִּי. Ο'. νῦν ἔγνων. Ὁ Σύρος· νῦν ἐγνώρισας. Vid. S. Chrysost. Opp. T. X, p. 450 B.

De hoc Syro anonymo inde a Montefalconio maxima est virorum eruditorum dissensio. Interpres Syrus, qui primum in mentem nobis veniat, est auctor venerandae versionis quae Peschito nomine gaudet, quippe qui pariter anonymus sit, et, saltem quod ad versiones V.T. Syriacas attinet, ut hoc titulo *κατ' ἐξοχήν* decoraretur meruerit. De Syro versionis vulgaris concinnatore digna sunt quae exscribantur verba Theodori Mopsuesteni in Prophetas minores: *Τινὲς δὲ ἔφασαν τὸν Σύρον πάσσαλον λέγειν* (videlicet ad Habac. ii. 11, ubi reapse in Peschito est ܦܣܥܠ, *πάσσαλος*)· *ἀλλ' ἀνόητον εἴη ἄν, ἀφέντας τῆς Ἑβραΐδος τὴν φωνὴν καθ' ἣν ὁ προφήτης ἐφθέγξατο, ἥνπερ οὖν ἡμῖν διὰ τῆς οἰκείας ἑρμηνείας σαφῆ κατέστησαν ἄνδρες ἑβδομήκοντα δόκιμοί τε καὶ ἀκριβῶς τῆς γλώττης ἐπιστήμονες ἐκείνης, Σύρῳ προσέχειν μεταβεβληκότι τὴν Ἑβραίων εἰς τὴν Σύρων, εἶτα πολλάκις τὸ πταῖσμα τὸ οἰκεῖον νόμον βουληθέντι θεῖναι φωνῆς.* Idem ad Zeph. i. 6 ait: *Οὓς ἐχρῆν πρὸ πάντων ἐκεῖνο συνιδεῖν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν εἴρηται τὰ τῆς θείας γραφῆς, ἡρμήνευται δὲ ταῦτα εἰς τὴν Σύρων παρ' ὅτου δήποτε· οὐδὲ γὰρ ἔγνωσται μέχρι τῆς τήμερον ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν.*[18] E nostri autem Syri lectionibus, quae in Hexaplis asservantur, non paucas cum versione Peschito optime convenire non negamus. Hujusmodi sunt Gen. iv. 4: *Et respexit.* Ὁ Σύρος· *καὶ εὐδόκησεν.* Pesch. ܘܫܥܐ. Gen. xxii. 12 (auctore Chrysostomo): Ὁ Σύρος· *νῦν ἐγνώρισας.* Pesch. ܗܫܬܐ ܗܝ. Gen. xxvii. 40: Ὁ Σύρος· *si resipueris.* Pesch. ܐܢ ܬܬܪܥܐ. Gen. xxxviii. 29: Ὁ Σύρος *καὶ ὁ Ἑβραῖος· τί διεκόπη ἐπὶ σὲ διακοπή;* Pesch. ܡܢܐ ܦܪܨܬ ܥܠܝܟ ܦܪܨܐ. Gen. xxxix. 2: Ὁ Σύρος· *καὶ ἦν ἀνὴρ κατευοδούμενος* (Pesch. ܡܨܠܚ). Gen. xlix. 4: *Exundatio* (exundans) *sicut aquae, ne excellas.* Ὁ Σύρος· *ἐπλανήθης ὡς ὕδωρ, μὴ παραμείνῃς.* Pesch. ܐܬܝܗܒ ܐܝܟ ܡܝ ܠܐ ܬܬܝܬܪ. Exod. iii. 22: *Et spoliabitis.* Ὁ Σύρος, *ἐκτινάξατε, κενώσατε, φησίν.* Pesch. ܬܦܠܘ (=*ἐκτινάξατε* Exod. xiv. 27. Jud. vii. 19 in Syro-hex.). Jerem. i. 11: Ὁ Σύρος *καὶ ὁ Ἑβραῖος· ἀμυγδαλίνην.* Pesch. ܣܩܕܐ. Jerem. viii. 6: *Unusquisque aversus est in cursibus suis.* Ὁ Σύρος· *πάντες τῇ γνώμῃ αὐτῶν πορεύονται.* Pesch. ܟܠ ܚܕ ܒܫܒܝܠ ܕܪܥܝܘܬܗ. Jerem. xlvi. 17: Ὁ Σύρος· *ταράττων καὶ καιροὺς παραφέρων.* Pesch. ܕܡܫܢܐ ܥܕܢܐ ܘܡܚܠܦ. Ezech. xliv. 20: *Et comam non promittant.* Ὁ Ἑβραῖος *καὶ ὁ Σύρος· οὐ θρέψουσι.* Pesch. ܘܠܐ ܢܪܒܐ. Ezech. xlv. 24: *Hin.* Ὁ Σύρος· *ἡμίναν.* Pesch. ܡܫܝܢܐ. Sed in his et aliis locis *τὸν Σύρον*, quisquis fuerit, ex eodem Hebraeo vertentem in eandem cum altero Syro interpretationem sive casu sive ex proposito incidisse nil adeo mirum, nec tantum ad identitatem duorum interpretum probandam valet, quantum ad eam confutandam dissensio eorum in aliis locis, quae nunc expendenda sunt. Itaque Gen. viii. 7 pro ÷ *οὐκ ἀνέστρεψεν* Syrus et Hebraeus *ὑπέστρεψεν* habent, aliter ac Pesch. quae ܗܦܟ ܠܐ prae se fert. Gen. xi. 3: Ο'. *ἄσφαλτος.* Ὁ Σύρος *καὶ ὁ Ἑβραῖος· ἄσβεστος, calx viva* (*quick lime*). Pesch. ܟܠܝܣ, *calx intrita* (*slaked lime*). Gen. xxii. 13 (quem locum in contrariam partem male appellat Perles): Ὁ Σύρος· *κρεμάμενος ἐν σαβέκ· τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα τοῦ φυτοῦ εἶναι νομίζω.* Pesch. ܒܣܒܟ ܚܕ, *implicitum ramo.* Gen. xxiv. 2: Ὁ Ἕλλην *σεμνότερον ἑρμηνεύει (ὑπὸ τὸν μηρόν μου)· ὁ γὰρ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος αὐτὸ λέγει τοῦ ἀνδρὸς τὸ τεκνοποιὸν ὄργανον.* At in Pesch. habetur ܒܝܪܟ ܡܢ, Graece *ὑπὸ τὸν νῶτόν μου.* Gen. xxvi. 35: *Et fuerunt maeror spiritus.* Ο'. *καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι.* Ὁ Σύρος· *οὐκ εὐαρεστοῦσαι.* Pesch. ܘܗܘܝܢ ܡܡܪܪܝܢ ܪܘܚܐ, *et exacerbabant spiritum.* Gen. xlv. 22: Ὁ Σύρος· *πέντε ζυγὰς στολῶν, καὶ διακοσίους χρυσίνους.*

[18] Vid. Mai *N. PP. Bibl.* T. VII, P. I, pp. 241, 252.

Pesch. juxta Hebraeum: *trecentos argenti*, καὶ πέντε ζυγὰς ἱματίων (ثلثمائة مثقال فضة). Ad Psal. lix. 10 duplex τοῦ Σύρου versio affertur, κάδος τῆς πλύσεώς μου et λεκάνη τῆς καταπατήσεώς μου; ubi in Pesch. est *lotura* (غسالة) *pedum meorum*. Psal. lxiv. 11: Ὁ Σύρος· τοῖς δρόσοις. Pesch. حتهصا, quod Graece sonat ὄμβροις s. νιφετοῖς.[19] Jesai. vii. 18: Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος· σφηκί. Pesch. حجوزا, *apibus*. Jerem. xxxi. 38: Ὁ Σύρος· ἀπὸ πύργου τῆς γωνίας Ἀνανιήλ. Verba τῆς γωνίας absunt ab Hebraeo et Pesch. Jerem. xxxviii. 14: *Ad introitum tertium*. Ὁ Σύρος· ἔσω τριόδων. Pesch. قدحيم الحلا هم حيه, *intra tres introitus*. Jerem. xlviii. 31: *Et propter viros Kirheres gemet*. Ὁ Σύρος οὕτως ἡρμήνευσε· κεφαλαὶ αὐτῶν κεκαρμέναι, καὶ οἱ πώγωνες αὐτῶν ἐξυρημένοι· αἰχμαλώτων δὲ τούτων τὸ σχῆμα; ubi Syri lectio non tam versio ex Hebraeo facta esse videtur, quam explicatio versionis inscitae τῶν Ο′, ἐπ᾽ ἄνδρας κειράδας αὐχμοῦ. Utut sit, in prorsus diversa abit Pesch. vertens: *et adversus homines qui commorantur in domo ejus mala meditabuntur*. Jerem. lii. 18: Τοὺς δὲ ποδιστῆρας ὁ Σύρος νιπτῆρας ποδῶν ἡρμήνευσεν. In Pesch. est tantum قبحا, *lebetes*. Thren. iii. 29: *In pulvere*. Ὁ Σύρος· ἐν γῇ. Pesch. حدقا. Ezech. xlvi. 5: Ὁ Σύρος· μαναά. Pesch. هصحبا, *similam*. Ezech. xlvii. 19: Ὁ Σύρος· ἕως ὑδάτων ἀντιλογίας. Pesch. *usque ad aquas Meribath Cades*. Dan. ii. 2: Ὁ Σύρος συντόμως λέγει (ἀντὶ τοῦ, τοὺς ἐπαοιδοὺς καὶ τοὺς μάγους καὶ τοὺς φαρμακοὺς) τοὺς σοφοὺς τῆς Βαβυλῶνος. Pesch. vero juxta Hebraeum: *incantatores et hariolos et magos*. Ex his exemplis, ni fallimur, certissime evincitur, Syrum nostrum anonymum cum versione Peschito (quae dicitur) nihil commune habere. Nec magis, nostro quidem judicio, cum hac tam gravi dissensione concilianda est V. D. Josephi Perles[20] sententia, videlicet τοῦ Σύρου denominatione *eas lectiones quae a Peschito profectae viva voce circumferebantur* indicari. Equidem Syrum cum Peschito multis locis congruere facile concedimus; ubi vero differt, *ex ipsius Peschito corruptione, aut eorum qui auribus percipiebant errore quocumque differentiam illam nasci potuisse*, nobis quidem prorsus incredibile est.

Transeamus ad aliam hujus nodi solutionem, quae a Semlero[21] primum adumbrata, deinde a Döderleinio[22] retractata et novis probationibus confirmata, adeo Criticorum recentiorum[23] suffragiis commendata est, ut paene irrefragabilis videri possit. Ut tamen nostram sententiam libere proferamus, nulla unquam suppositio aut primo aspectu probabilitate magis destituta fuit, aut levioribus, ne dicamus falsioribus argumentis comprobata est. Hypothesis autem haec est. Sophronius quidam nonnullas particulas Hieronymi versionis V. T. de Hebraeo factae Graece transtulit.[24] *Responsio*. Esto; sed in his non includitur Geneseos liber, ad

---

[19] Syri nostri lectiones ad Psalmos recensuit et a versione Syrorum simplici abjudicavit Dathius in *Praef. ad Psalt. Syr.* pp. xvi—xxi, qui tamen nostra exempla silentio praeteriit. [20] Vid. Perles *Meletemata Peschittoniana*, Vratisl. 1859, p. 51. [21] J. S. Semler *Vorbereitung* etc. P. I, pp. 382–394, laudante sed reclamante Dathio in *Praef. ad Psalt. Syr.* pp. xx, xxi. [22] Döderlein *Quis sit ὁ Σύρος V. T. Graecus interpres*, Altdorf. 1772. Libellum, quem nobis inspicere non contigit, fusius descripsit Eichhorn in *Einleitung in das A. T.* pp. 412–415 ed. 3tiae. [23] Eichhorn ibid. p. 413: "Ausser allem Zweifel hat sie Döderlein gesetzt." [24] Hieron. de Viris Illustribus CXXXIV (Opp. T. II, p. 951): "Sophronius vir apprime eruditus ... de Virginitate quoque ad Eustochium, et vitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in Graecum eleganti sermone transtulit; Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de Hebraeo in Latinum vertimus."

quem lectiones Syri nostri in primis notantur.—Hujus versionis fragmenta sub nomine τοῦ Σύρου a Scriptoribus ecclesiasticis Didymo, Diodoro, ceteris allegantur, quos omnes aut Hieronymi aequales fuisse, aut post eum vixisse constat. *Resp.* Negamus, quod ad Melitonem attinet, qui saeculo secundo non recentior fuit.—*Syri* nomen huic versioni ideo impositum est, quia Hieronymus auctor ejus diu in solitudine, quae in Syriae finibus est, vixit; vel quia versio Bibliorum Hieronymiana apud Syros magna existimatione fruebatur. *Resp.* At enimvero quid est cur auctorem versionis cum plausu acceptae proprio nomine inter omnes celebri appellare noluerint? aut cur Syri nominis, ex loco commorationis ejus Hieronymo impositi, neque apud ipsum neque apud alios scriptores mentio fiat?—Utut sit, negari non potest, aequalem ejus Theodorum Mopsuestenum in scripto quodam a Photio servato Hieronymum sub titulo Ἀραμ, hoc est, τοῦ Σύρου, designasse.[25] *Resp.* In loco Photii non alium haereseos antesignanum quam Hieronymum, neque aliam Bibliorum versionem quam illius Latinam intelligi posse, viris eruditis Allixio, Caveo, Hodio[26] (qui tamen in hoc loco nullum τοῦ Σύρου indicium odorati sunt) libenter concedimus. Ex his Caveus[27] opinatur ideo Hieronymum *Aram* ficto nomine appellari, quia in Syria majorem vitae partem transegit, ibique et libros, quos impugnat Mopsuestenus, scripsit, et Scripturas ex Hebraeo convertit. Cui opinioni objici potest, primum, nomen Ἀραμ non *Syrum* sed *Syriam* denotare; deinde hoc ipsum Syriae nomen apud recentiores Syros ita inusitatum fuisse, ut adeo de significatione ejus dubitarent;[28] postremo ecquis putet Theodorum Syrum adversario suo tale cognomen quasi infamiae notam insturum esse? Potius crediderimus eum in hoc nomine etymologicas rationes respexisse, juxta quas Ἀραμ *Superbus ille* (הָרָם) sonat. Praeiverat Basilius in expositione allegorica loci Jesai. vii. 2, de consensu Aram et Ephraim: *Ἡγοῦμαι τοίνυν τὸν μὲν ἐπαιρόμενον τῇ σοφίᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ λόγον δηλοῦσθαι διὰ τὸν Ἀράμ· ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Ἀρὰμ, μετέωρος . . . μετέωρος δὲ, καὶ διὰ τὴν οἴησιν καὶ τὸ ἀλαζονικὸν αὐτοῦ ἔπαρμα;*[29] quae epitheta ad reliquam Theodori vituperationem apprime quadrant.

Sed prolusionis satis. Veniamus ad illud in quo summa disputationis versatur, num lectiones τοῦ Σύρου Hieronymi versionem Latinam Graecitate donatam referant, necne. Eichhornius ad hanc conspirationem probandam *octodecim* exempla appellat; e quibus *decem* nullius vel levissimi momenti sunt; verbi causa, Psal. lxvii. 3: *Οἱ ἄλλοι πάντες ἑρμηνευταὶ, καὶ ὁ Ἑβραῖος, καὶ ὁ Σύρος· ἀσεβεῖς.* Hieron.: *impii.* Psal. cxii. 1: *Ἀ. Σ. Θ. καὶ ὁ Σύρος· δοῦλοι.*

---

[25] Photius in Biblioth. Cod. 177 (227 ed. Hoeschelii): *Διαπεραίνεται μὲν αὐτῷ* (Theodoro) *ὁ πρὸς αὐτοὺς* (τοὺς λέγοντας *φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους) ἀγὼν ἐν λόγοις πέντε. πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς δύσεως τοῦτο τὸ νόσημα νενοσηκότας γράφει τὸ βιβλίον. ὧν καὶ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγὸν λέγει γενέσθαι, ἐκεῖθεν μὲν ὁρμώμενον, τοῖς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπιχωριάζοντα τόποις, καὶ συντάττοντα λόγους ὑπὲρ τῆς καινοποιηθείσης αὐτῷ αἱρέσεως, διαπέμπειν τοῖς τὸ πατρῷον ἔδαφος οἰκοῦσιν, ὑφ' ὧν καὶ πολλοὺς ἐκεῖσε πρὸς τὸ οἰκεῖον φρόνημα ἑλκῦσαι, ὡς καὶ ἐκκλησίας ὅλας τοῦ ἀτοπήματος πληρωθῆναι. ΑΡΑΜ δὲ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν· οὐ γὰρ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἴτε ὀνομάζει, εἴτε ἐπονομάζει· τοῦτον δὲ πέμπτον εὐαγγέλιον προσαναπλάσαι λέγει, ἐν ταῖς τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Παλαιστίνου βιβλιοθήκαις ὑποπλαττόμενον εὑρεῖν· καὶ ἀπώσασθαι μὲν τῆς θείας καὶ παλαιᾶς γραφῆς, ἣν οἱ ἑβδομήκοντα συνελήλυθότες ἐκδεδώκασι μετάφρασιν, καὶ δὴ καὶ τὴν Συμμάχου καὶ Ἀκύλα καὶ τῶν ἄλλων· ἰδίαν δέ τινα καὶ καινὴν ἐπαρθῆναι συντάξαι· μήτε τὴν Ἑβραίων, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἐκ παιδὸς ἀσκηθέντα, μήτε τὸν τῆς θείας γραφῆς νοῦν ἐκδιδαχθέντα, Ἑβραίων δέ τισι τῶν χαμαιπετῶν ἑαυτὸν ἐκδεδωκότα, ἐκεῖθεν θαρρῆσαι ἰδίαν ἔκδοσιν ἀναγράφειν.* [26] Hodius *De Bibliorum Textibus*, p. 630. [27] Vid. ejus *Hist. Lit. Script. Eccles.* p. 759. [28] Vid. Gesen. *Thes. Ling. Hebr.* p. 152. [29] S. Basil. M. Opp. T. I, p. 521 D.

Hieron.: *servi.* Ezech. xliii. 2: Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος· ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν. Hieron.: *quasi vox aquarum multarum. Tria* falsa sunt; videlicet Jerem. viii. 6: *Unusquisque aversus est in cursibus suis.* Ὁ Σύρος· πάντες τῇ γνώμῃ αὐτῶν πορεύονται. Hieron.: *Omnes conversi sunt ad cursum suum.* Jerem. xxxi. 2: Ἀ. Σ. Θ. χάριν. Ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος· οἰκτιρμόν. Hieron.: *gratiam.* Jerem. lii. 18: Ὁ Σύρος· νιπτῆρας ποδῶν. Hieron.: *lebetes.* Restant bonae frugis *quinque*, quae sunt: Psal. xviii. 5: Ἀ. τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς. Ὁ Σύρος· ἐν αὐτοῖς ἔθετο τοῦ ἡλίου τὸ σκήνωμα. Hieron.: *Soli posuit tabernaculum in eis.* Hic Hieronymum Graeca Aquilae vertisse certissimum est; Syrum autem Latina Hieronymi non ita. Idem dictum sit de secundo loco Psal. lix. 10, ubi Ἀ. λέβης λουτροῦ μου. Ὁ Σύρος· κάδος τῆς πλύσεως μου. Hieron.: *olla lavacri mei.* Tertius locus est Jerem. viii. 6: Ὁ Σύρος· ὡς ἵππος ὁρμῶν εἰς πόλεμον. Hieron.: *quasi equus impetu vadens in praelio;* ex imitatione Symmachi, ut videtur, qui vertit: ὡς ἵππος ὁρμῶν ἐν πολέμῳ. Quartum exemplum est Jerem. xii. 12: Ὁ Σύρος· ἐπὶ πᾶσαν ἀτραπόν. Hieron.: *super omnes vias.* Quintum Ezech. xliv. 20: Ὁ Σύρος· (καὶ τὰς κόμας αὐτῶν) οὐ θρέψουσι. Hieron.: *neque comam nutrient* (Hebr. *promittent*). His exemplis nos pro nostra liberalitate astruimus Gen. viii. 7. xxxi. 7. xxxvii. 2. xxxviii. 29. xxxix. 2. Exod. iv. 10. 3 Reg. xii. 10. Jerem. xxx. 20. xlviii. 33. Ezech. xlvii. 9; quorum in uno et altero (e.g. Jerem. xlviii. 33: Ὁ Σύρος· οὐκέτι οἱ ληνοβατοῦντες κελεύσουσι λέγοντες, ἰὰ, ἰά. Hieron.: *Nequaquam calcator uvae solitum celeuma cantabit*) facilius crediderimus Hieronymum τὸν Σύρον, quam hunc illum ante oculos habuisse.

Sed alteram partem audiamus, exempla scilicet, in quibus inter Syrum nostrum et Hieronymum dissensio manifesta deprehendatur. Talia sunt: Gen. xvii. 14: Ὁ Σύρος· πᾶς ὃς οὐ περιτέμνει (τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ). Hieron.: *cujus praeputii caro circumcisa non fuerit.* Gen. xxii. 13: Ὁ Σύρος· κρεμάμενον ἐν σαβέκ. Hieron.: *inter vepres haerentem.* Gen. xxvii. 40: Ὁ Σύρος· *si resipueris.* Hieron.: *cum excutias.* Gen. xli. 45: Ὁ Σύρος· εἰδὼς τὰ κρυπτά. Hieron.: *Salvatorem mundi.* Gen. xlv. 32: Ὁ Σύρος· πέντε ζυγὰς στολῶν καὶ διακοσίους χρυσίνους. Hieron.: *trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.* Gen. xlix. 3: Ὁ Σύρος· ἐπλανήθης ὡς ὕδωρ, μὴ παραμείνῃς. Hieron.: *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Jesai. vii. 18: Ὁ Σύρος· σφηκί. Hieron.: *api.* Jerem. i. 11: Ὁ Σύρος· ἀμυγδαλίνην. Hieron.: *vigilantem.* Jerem. xii. 5: Ὁ Σύρος· πῶς περάσεις τὸν Ἰορδάνην πλημμυροῦντα; Hieron.: *Quid facies in superbia Jordanis?* (Etiam h. l. Hieronymus versionis τοῦ Σύρου notitiam habuisse videtur; nam in Commentario enarrat: *Quid actura es, si Jordanem transieris, et gurgites ejus sustinueris?*) Jerem. xvii. 6: Ὁ Σύρος· ἐν φωλεοῖς. Hieron.: *in siccitate.* Jerem. xxiii. 6: Ὁ Σύρος· κύριε, δικαίωσον ἡμᾶς. Hieron.: *Dominus justus noster.* Jerem. xlvi. 17: Ὁ Σύρος· ταράττων καὶ καιροὺς παραφέρων. Hieron.: *tumultum adduxit tempus.* Jerem. xlviii. 31: Ὁ Σύρος· κεφαλαὶ αὐτῶν κεκαρμέναι κ. τ. ἑ. Hieron.: *ad viros muri fictilis.* Thren. i. 12, 22: Ὁ Σύρος· ἔθλιψε . . . θλῖψον αὐτοὺς ὡς ἔθλιψάς με. Hieron.: *vindemiavit . . . vindemia eos sicut vindemiasti me.* Thren. iii. 16: Ὁ Σύρος· ἐν πέτρᾳ. Hieron.: *ad numerum.* Ezech. xlv. 24: Ὁ Σύρος· ἡμίναν. Hieron.: *hin.* Dan. ii. 2: Ὁ Σύρος συντόμως λέγει· τοὺς σοφοὺς τῆς Βαβυλῶνος. Hieron.: *harioli, magi et malefici.* Ex his exemplis, selectis tantum (nam universa afferre infinitum foret) judicent lectores, quam temere statuerint VV. DD.,

Syrum nostrum et Hieronymum ut plurimum ad amussim inter se consentire; u'i autem dissentiunt, si non re ipsa ostendi, certe probabiliter conjici potest, in talibus locis genuinum versionis Hieronymianae textum periisse.[30]

Refutatis, nisi nos omnia fallunt, aliorum opinionibus, jam ipsi de quaestione, quis sit ὁ Σύρος, quid sentiamus paucis liceat exponere. Natione Syrus fuit; nomen ejus ignoratur. Quaeritur utrum versionem suam nativo sermone concinnaverit, unde Patres Graeci lectiones sub Syri nomine allegatas pro se quisque Graecas facerent; an ipse (quod Syris patrium fuit) utriusque linguae doctus, novam versionem Graecam, adhibita etiam versione Syriaca simplici, instituerit. Ad posteriorem sententiam (quae et nostra est) defendendam Montefalconius testem citat Ezech. viii. 16, ubi Hebraeum אוּלָם Syrus κιγκλίδα (=κάγκελλον) vertit, quam vocem nonnisi ex versione Graeca sumi potuisse opinatur. Sed quidni ut ܩܓܠܐ pro κάγκελλον, etiam ܩܓܟܠܝܣ pro κιγκλὶς Syris in usu fuisse crediderimus? Majoris, immo maximi momenti est locus Gen. xxxix. 2, ad quam Diodorus notat: ἦν γὰρ, φησὶν, ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων (Syro-hex. ܡܨܠܚ. Cf. Prov. xii. 27 in LXX et Syro-hex.) ἢ κατὰ τὸν Σύρον, κατευοδούμενος (ܡܨܠܚ Psal. xxxvi. 7 in Syro-hex.). Quod si Diodorus lectionem τοῦ Σύρου ex Syriaco fonte hausisset, Graecamque de suo fecisset, quomodo affirmare potuisset, Syrum κατευοδούμενος vertisse, non ἐπιτυγχάνων, cum utraque vox Graeca uno eodemque vocabulo Syriaco exprimatur? Etiam stylus Syri nostri anonymi Graecam potius quam Syriacam originem arguit; e.g. Jerem. xlviii. 33: οὐκέτι οἱ ληνοβατοῦντες ΚΕΛΕΥΣΟΥΣΙ λέγοντες, ἰὰ, ἰά; ubi vox κελεύειν, *celeusma canere*,[31] ad exquisitissimam Graecitatem pertinet.

III. *Quid sibi velit τὸ Σαμαρειτικόν.*

Samaritanorum Biblia duplicem Hexaplis nostris amplificationem contulerunt: primum ex parte textus Hebraeo-Samaritani, quatenus Hebraeo plenior est; deinde per versionem quandam Samaritanam, cujus lectiones Graecae cum titulo τοῦ Σαμαρειτικοῦ in scholiis hexaplaribus afferuntur. Utriusque autem generis accessiones ad solum Pentateuchum pertinere per se intelligitur.

1. Quod ad textum Hebraeo-Samaritanum attinet, qui Paulo Telensi ܗܘ ܢܘܡܣܐ, *editio Samaritanorum*, audit, haec habet Auctor Epistolae versioni Harethi praemissae: "Collatus est etiam liber Legis, qui in manibus Judaeorum reperitur, cum eo qui apud Samaritanos habetur. Reperitur autem in codicibus Samaritanis redundantia quaedam et repetitio ultra illud quod recipiunt Judaei; quae vel in unaquaque pagina infra textum, vel ad calcem libri notata, uti lecturus et percepturus es σὺν θεῷ."[32] Ex his repetitionibus, quae libris Exodi, Numerorum et Deuteronomii peculiares sunt, nonnullae prostant in Codd. 85, 130, in margine, sine asteriscis aut obelis;[33] plenior vero et perfectior earum notitia debetur versioni Syro-

[30] Verba sunt Eichhornii in *Einleitung in das A. T.* p. 413. Obiter monemus, Hieronymi versionis lectiones Graece redditas hic illic in scholiis reperiri, praemisso indice, Ὁ Λατῖνος. Vid. Hex. ad Gen. xlix. 9. Deut. xxxiv. 7. [31] Cf. Hex. ad Exod. xxxii. 18. [32] White (Rev. Joseph) *Letter* etc. p. 24. [33] Vid. Hex. ad Num. xiv. 45. xxi. 11, 13. xxviii. 1. xxxi. 20.

hexaplari, in qua juxta Harethi relationem *infra textum*, semel tantum (Deut. v. 31) *ad calcem libri* leguntur, cum scholio hujusmodi: "Haec in editione Samaritana tantum posita sunt," praemissa quoque nota Origeniana, quae non ubique eadem est. Scilicet in Exodo asterisco vel asteriscis notantur, cum vel sine metobelo in fine (exceptis locis Cap. xi. 7. xxvi. 38, ubi casu, ut videtur, abest asteriscus); in Numeris vero pro asterisco obelus formae peculiaris (÷<) praeponitur, semel tantum (Cap. x. 10) cum metobelo in fine; in tribus autem locis (Cap. xiv. 40, 45. xxi. 20) obelus casu omittitur. Cum vero neque obelus neque asteriscus cum Origenis instituto conveniat, uterque fortasse excusari potest; asteriscus, quia verba sic notata non leguntur in LXX; obelus, quia non exstant in Hebraeo. Syrum autem interpretem has lectiones non e textu Hebraeo-Samaritano, sed e lectionibus Graecis in margine librorum hexaplarium adhuc exstantibus sumpsisse, diserte testatur subscriptio Exodi in versione Syro-hexaplari, ipsa, ut fieri solet, ex Graeco libro desumpta;[34] ex qua probabiliter conjiciat aliquis, Origenem ipsum lectiones Hebraeo-Samaritanas in usum operis sui Graecas fecisse, eique auctori vindicandum esse scholium in margine Codd. 85, 130 ad Num. xiii. 1 appictum: *Καὶ τούτων μνημονεύει ἐν τοῖς πρώτοις τοῦ Δευτερονομίου, ἃ καὶ αὐτὰ ἐκ τοῦ τῶν Σαμαρειτῶν Ἑβραϊκοῦ μετεβάλομεν καταλλήλως τῇ τῶν Ο' ἑρμηνείᾳ τῇ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φερομένῃ.*

2. Transeamus ad lectiones quibus praeponitur titulus, *Τὸ Σαμαρειτικὸν*, quaeque ejusdem generis sunt cum iis quae *τὸν Ἑβραῖον* et *τὸν Σύρον* auctores sibi vindicant. Harum summa totalis, si recte eas numeravimus, est quadraginta tres, praeter quatuor anonymas (Lev. iv. 15. vii. 35. Num. v. 18. xxi. 11) quae ad eundem interpretem probabiliter pertinent. Earum recensio, paullo correctior ea quam in *Appendice ad Pentateuchum* (T. I, pp. 329, 330) exhibuimus, haec est: Gen. iv. 8. v. 25. xliv. 5. xlix. 15, 23, 24. l. 19. Exod. viii. 21. x. 7 (bis). xii. 42. xiii. 13. xiv. 15, 20. xvi. 31. xxiii. 16. xxvi. 5. xxviii. 4. xxxii. 18. xxxvii. 2. Lev. i. 15. viii. 15. xiii. 8, 51. xv. 3. xx. 20. xxv. 5, 25. xxvi. 24, 41, 43. xxvii. 14. Num. iv. 25. vii. 3. xiii. 33. xviii. 7. xxix. 1, 35. xxxi. 16, 18, 26. xxxii. 12. Deut. xxxii. 8. Originem harum lectionum partim in praedicta appendice, partim in annotatione ad singulos locos indagavimus, facta earum cum versione Chaldaeo-Samaritana (quae dicitur) a Briano Waltono edita comparatione. Summa investigationis haec est. E quadraginta tribus lectionibus triginta sex cum dicta versione aut accurate consentiunt, aut sine magna difficultate conciliari possunt. Restant septem tantum loca, videlicet Gen. v. 25. xlix. 15. l. 19. Exod. xiii. 13. xvi. 31. Lev. xv. 3. xxv. 5,[35] in quibus lectio *τοῦ Σαμαρειτικοῦ* a versione Chaldaeo-Samaritana, saltem qualis ad nostra tempora devenerit, plus minus recedit.[36] Hanc autem qualemcunque

[34] Vid. Ceriani *Mon. Sac. et Prof.* T. II, p. 153. [35] Ex his locis fortasse eximendus est Gen. xlix. 15, ubi Samaritana לאריס פרנס aliter verti posse, *ad ministrandum pastor*, observat Edmundus Castellus in *Animadversionibus Samariticis in Pentateuchum*, p. 6 (Waltoni *Bibl. Polygl.* T. VI, Sect. V). [36] A nostra paulum discrepat computatio Castelli l. c. p. 11: "Atque hic minime praetereundum puto, quod quum ibi [apud Nobil.] in Genesi quater fiat mentio *τοῦ Σαμαρειτικοῦ*, bis a nostris discordant exemplaria; in Exodo undecies, ubi quinquies diversa sunt; in Levitico etiam undecies, et discordant quater; in Numeris novies, et semel tantum dissentiunt; in Deuteronomio mentio nulla. Per *τὸ Σαμαρειτικὸν* autem semper intelligitur versio Chaldaeo-Samaritana, non textus Hebraeo-

discrepantiam non sufficere ad diluendam conclusionem quae ex generali duarum versionum consensu inferatur, candidus lector, ni fallimur, nobiscum agnoscet.[37]

CAPUT IX.

De Luciani editione.

I. Quomodo Luciani editio ad Hexapla pertineat. II. Quid de Luciano et ejus editione a veteribus traditum sit. III. Quinam Bibliorum Graecorum codices Luciani editionem prae se ferant. IV. De Luciani editionis scopo et indole. V. De Lucianeae recensionis versione Syriaca. VI. De versione Joannis Josephi.

I. *Quomodo Luciani editio ad Hexapla pertineat.*

Quaestio de Luciani versionis LXXviralis editione sive recensione usque adhuc in Prolegomenis ad istam versionem potius quam ad Origenis Hexapla tractari solita est. Itaque antecessor noster in Praeliminaribus suis Luciani nullam omnino mentionem fecit, ne quidem ubi de notis ad Hexapla spectantibus (inter quas est λ, Nostri nominis abbreviatio) ex proposito disserit. Primum igitur, qualis sit inter Luciani opus et nostrum institutum affinitas non abs re erit declarare.

Luciani editio ad Hexapla nostra non alio modo pertinet, quam Hebraei, Svri et Samaritani selectae lectiones; quas omnes non in opere Origenis archetypo per sex columnas descripto, sed in margine exemplarium versionis *τῶν Ο′* hexaplaris inclusas fuisse credibile est. Hujusmodi sunt exemplaria quae interpreti Syro-hexaplari ad manum fuerunt, de cujus instituto Auctor Epistolae versioni ejus Arabicae praemissae haec inter alia praefatus est: "Contulit insuper inter se exemplaria ista Hebraica summa cura Lucianus, et siquid vel deficiens vel redundans deprehenderet, illud in locum suum restituit, particulae quam emendavit initiali

[37] Eichhornium (*Einleitung in das A. T.* p. 418) *εἰς ἀμηχανίαν* egit alius interpres anonymus, *ὁ Ἑλληνικὸς* dictus, bis, ut ait, a Polychronio memoratus, videlicet ad Job. xiv. 8: *ὁ μὲν Ἑλληνικὸς, ἀπὸ τοῦ τέλους, εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀπὸ τοῦ πράγματος ποιήσει καρπόν;* et ad Ezech. xlvii. 8: *ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἐπὶ δυσμὰς, φησίν . . . ἔοικεν δὲ τὸ αὐτό πως καὶ ὁ Ἑλληνικὸς σημαίνειν, προσθεὶς τὸ, ἦρχετο ἕως ἐπὶ τὴν θάλασσαν.* In priore loco verba Polychronii, a Montefalconio et Eichhornio male mulcata, sic legenda et distinguenda sunt: *ὁ μὲν Ἑλληνικὸς, ποιήσει θερισμὸν, ἀπὸ τοῦ τέλους εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀπὸ τοῦ πράγματος, ποιήσει καρπόν;* in utroque, ut et in Hex. ad Gen. xlix. 5, 6, *ὁ Ἑλληνικὸς* est versio Graeca *τῶν Ο′*, etiam *ὁ Ἕλλην* (Hex. ad Num. x. 29. Jerem. xxxi. 2) et *ἡ Ἑλληνικὴ* (Hex. ad Gen. viii. 7) dicta.

nominis praefati litera apposita, scilicet litera *Lam.*" Et paulo post: "Quodcunque nota libros Hebraicos denotante est signatum, scilicet *Ain*, *Be* et *Ra*, illud scias in textu Hebraico reperiri; sin vero litera *Elif* in textu vel ad marginem, illud apud Aquilam lectum; si litera *Sin*, a Symmacho sumptum; litera Θ, a Theodotione; si E, *He*, e versione Quinta; si litera ς *Vaw*, e Sexta. Quod si adscribantur literae *Elif*, *Vaw* et *Ra*, ipsa esse Origenis; si demum litera *Lam*, Λ, Luciani esse."[1] Juxta hunc auctorem una cum ceteris notis, ܚ, ܐ, ܗ, ܠ, ܘ, ܘ, ܐ, quae in margine versionis Syro-hexaplaris occurrunt, etiam in literam ܠ quibusdam lectionibus praemissam incidere expectaremus. Quod tamen, saltem quod ad Codicem Ambrosianum et Britannicos attinet, secus est; in quibus praeter Aquilae et ceterorum lectiones aliae anonymae passim obviae sunt, Luciani vero nomine praenotata ne una quidem. Sed feliciter evenit, ut in libro IV Regum Codex Parisiensis sigli deperditi ܠ certissima indicia prae se ferret. Loca sunt Cap. ix. 9, 28. x. 24, 25. xi. 1. xxiii. 33, 35, ad quae Critici in diversas de hac novitate sententias abierunt. Brunsius quidem opinabatur se in describendo codice errasse, et ܠ pro ܥ, h. e. Ἑβρ., pinxisse. Bugatus in Monito ad Danielem, p. 166, e codicis sui analogia, altero ne inspecto quidem, temere statuit literam esse *Gomal* (= *οἱ τρεῖς*) quae in scriptura Estranghelo ab altera haud ita multum abest. Sed ex testimonio Ceriani nostri, qui codicem denuo retractavit, litera est evidentissime *Lomad*, eaque initialis non Graeci vocabuli Λοιποὶ (quae Hassii conjectura fuit, repugnante Syri nostri usu) sed Svri nominis ܠܘܩܝܐܢܘܣ, Λουκιανὸς, quem per hanc literam designari solitum esse diserte testatur Arabs noster.

E Graecis auctoribus cum Arabe consentit Theodoretus in Dissertatione MS. *in Prophetas et Editiones*,[2] quae ad summam non multum distare videtur ab opusculo ejusdem argumenti in Auctario ad Tom. I Operum Theodoreti,[3] sed notulam habet minime contemnendam, quam in edito frustra quaesieris: *Ἰστέον δὲ ὅτι ὅπου τὸ ο̃ μετὰ ἐγκαρσίου διαστολῆς εὑρεθῇ, τῶν Ο′ ὑπάρχει ἔκδοσις· ὅπου δὲ τὸ α̃, Ἀκύλα· ἐν ᾧ δὲ τόπῳ τὸ σ̃, Συμμάχου· καὶ ἐν οἷς χωρίοις τὸ θ̃, Θεοδοτίωνος· καὶ αὖ πάλιν ὅπου τὸ ε̃, πέμπτη· καὶ εἰς ἃ τὸ ἀπόσημον ξ̃, ἕκτη· ἐν οἷς δὲ τὸ λ̣, μέσον ἔχον τὸ ο̃, Λουκιανοῦ· ὅπου δὲ τὸ ϊ μετὰ τοῦ ω̃, Ἰωάννου Ἰωσήπου· οἱ δὲ ※ ※ ※ τὴν συμφωνίαν τῶν ἐκδοτῶν παρεμφαίνουσι.*[4] De Joanne Josepho alio loco videbimus; quod vero ad siglum λ̣ attinet, quod in marginibus librorum hexaplarium frequens est, nota ambiguae significationis est, ut utrum *Lucianus* an *Reliqui interpretes* (Λοιποὶ) per eam indicetur incertum sit. Exempli gratia: Hodius affirmat, ad oram Codicis Barberini juxta Waltoni collationem Luciani editionem per notulam λ̣ *octies* citari, videlicet Amos iii. 12. Mich. vii. 2. Joel. ii. 3. Jon. i. 6. Zeph. i. 12. Hag. i. 10. Mal. i. 6. iii. 10; in quibus tamen omnibus locis Montefalconius non Luciano, quem in toto opere suo ne nominat quidem, sed *τοῖς λοιποῖς* lectionem hac notula insignitam vindicat.[5] Ambiguitas eo

[1] White (Rev. Joseph) *Letter* etc. p. 25. [2] Apud Jo. Phelippaeum *Praef. in Oseam.* Libri titulus est: *Oseas primus inter Prophetas Commentariis illustratus, auctore Joanne Phelippaeo Societatis Jesu*, Lutet. Paris. 1636; praefationis autem: *Praefatio de Interpretationibus Bibliorum Graecis, earumque variis correctionibus, occasione Codicis MS. quam optimi et antiquissimi, in quo Prophetae omnes continentur, quem Eminentissimus Cardinalis Rupefucaldius e Bibliotheca sua nobis utendum et excudendum dedit.* [3] Theodoret. Opp. T. V, pp. 71–82. [4] Jo. Phelippaei *Praef. in Oseam*, §. 20. [5] Etiam nos, ut in re nondum satis comperta, in majore Hexaplorum

major fit, quia in talibus locis ex compositione operis Lucianei necessario consequitur, ut lectio ejus et reliquorum interpretum una eademque sit.

II. *Quid de Luciano et ejus editione a veteribus traditum sit.*

Exeunte saeculo III Lucianus, Ecclesiae Antiochenae presbyter, ex aliis Graecis translationibus inter se collatis, et ex ipso textu Hebraico, versionem *τῶν* O′ recognovit et emendavit in tantum ut pro nova editione habeatur illius recensio. Sic Suidas s. v. *Λουκιανὸς ὁ μάρτυς*: *Οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους θεασάμενος πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ γε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καί τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἳ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προειστήκεσαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς θελησάντων νοῦν, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐνσκευασαμένων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος ἐπανενεώσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἐς τὰ μάλιστα ἦν ἠκριβωκὼς, πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενεγκάμενος.* *Septimam* ejus editionem appellant Theodoretus[6] et alii, *nescientes nimirum*, ait Hodius,[7] *exstitisse Septimam quandam in Hexaplis Origenianis;* quae eorum ignoratio (obiter dictum sit) contra existentiam Septimae editionis hexaplaris non leve est argumentum. Iidem tradunt, Luciani opus, ipsius manu exaratum, post mortem ejus Nicomediae (ubi martyrium passus est postridie festi Epiphaniae A.D. 312) imperante Constantino Magno, in pariete turriculae calce circumlito inventam esse. Utut hoc sit, paulo post initium saeculi IV editionem Lucianeam ab Ecclesiis Constantinopolita et Antiochena approbatam usuque communi receptam esse, testis locupletissimus est Hieronymus, qui in Apologia adversus Rufinum distincte tradit: "Alexandria et Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem; Constantinopolis usque ad Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat; mediae inter has provinciae Palaestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt; totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat."[8] Idem in Epistola ad Sunniam et Fretelam: "Sciatis aliam esse editionem, quam Origenes et Caesariensis Eusebius, omnesque Graeciae tractatores *Κοινὴν*, id est, *communem* appellant, atque *Vulgatam*, et a plerisque nunc *Λουκιανὸς* dicitur; aliam LXX interpretum, quae in *ἑξαπλοῖς* codicibus reperitur, et a nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, et Jerosolymae atque in Orientis ecclesiis decantatur."[9] E quibus testimoniis indubitate colligi potest, Luciani editionem non novam ex Hebraeo versionem fuisse, sed venerandae Seniorum versionis recensionem, sive *ἐπανόρθωσιν*, Hebraeo convenientiorem factam; ejusque reliquias inter varias quae feruntur textus LXXviralis recensiones adhuc investigari posse.

---

nostrorum parte Luciani nomen tacuimus, donec post Prophetas a nobis editos ad 4 Reg. ix. 9 provecti, de vera significatione notae ⩘ certiores facti sumus. [6] Opp. T. V, p. 81. Edito paulo plenius Theodoretus MS. apud Phelippaeum in *Praef.* p. xiv: *Ἑβδόμη τε ἔκδοσίς ἐστιν ἡ τοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ καὶ μάρτυρος, ὅστις ταῖς προγεγραμμέναις ἐκδόσεσιν ἐντυχὼν, ἐγκύψας δὲ καὶ τοῖς Ἑβραϊκοῖς μετὰ ἀκριβείας, τὰ λείποντα ἢ καὶ περιττεύοντα καὶ τοῦ καταλόγου τῆς ἀληθείας πόρρω τυγχάνοντα διορθωσάμενος ἐν τοῖς οἰκείοις τῆς γραφῆς χωρίοις, ἐξέδοτο τοῖς Χριστιανοῖς ἀδελφοῖς.* [7] *De Bibliorum Textibus*, p. 627. [8] Hieron. Opp. T. II, p. 522. [9] Hieron. Opp. T. I, p. 642.

III. *Quinam Bibliorum Graecorum codices Luciani editionem prae se ferant.*

In hac inquisitione instituenda a IV Regum libro, in quo manifestissima recensionis Lucianeae insunt vestigia, initium faciamus.

Cap. ix. 9: וְנָתַתִּי. *O'. καὶ δώσω.* Sic Ed. Rom., sed, teste Syro-hex., haec est Luciani lectio, et genuina *τῶν* O' versio est *ἐπιδοῦναι*, quae in Codd. III, XI, 44, 52, 74, aliis, hodie legitur. Codices qui cum Luciano faciunt, sunt 19, 82, 93, 108, et (quantum ex silentio Parsonsii colligatur) septem alii. Cap. ix. 28: וַיִּרְכְּבוּ אֹתוֹ. *O'. καὶ ἐπεβίβασαν αὐτόν. Λ. καὶ ἀνήνεγκαν αὐτόν* (ܘܐܣܩܘ ܠܗ ܒ). Sic Comp. (proculdubio e Cod. 108, quem e Bibliotheca Vaticana mutuum acceperat illustrissimus Cardinalis Ximenes[10]), Codd. 19 (cum *ἀνήβασαν*), 93, 108. Cap. x. 24: נַפְשׁוֹ. *O'. ἡ ψυχὴ αὐτοῦ* (*αὐτῶν* Syro-hex.). *Λ. αὐτοῦ.* Etiam haec lectio est in Codd. 19, 82, 93, 108, sed praeterea in aliis omnibus, excepto Cod. 55. Cap. x. 25: כְּכַלֹּתוֹ. *O'. ὡς συνετέλεσε. Λ.* (*ὡς*) *συνετέλεσαν.* Sic (cum *ποιοῦντες* pro *ποιῶν*) Comp., Codd. 19, 82, 93, 108. Cap. xi. 1: כִּי מֵת בְּנָהּ. *O'. ὅτι ἀπέθανεν ὁ υἱὸς* (Syro-hex. *ἀπέθανον οἱ υἱοὶ*) *αὐτῆς. Λ. ὅτι ἀπέθανεν ὁ υἱὸς αὐτῆς.* Hic quoque Luciani correctio in Ed. Rom. irrepsit, repugnantibus Ald., Cod. III, et septemdecim aliis, qui cum Syro-hex. faciunt. Cum Luciano autem consentiunt Codd. 19, 82, 93, 108, cum paucis aliis. Cap. xxiii. 33: וְכֶסֶף זָהָב. *O'. καὶ ἑκατὸν τάλαντα. Λ. καὶ δέκα τάλαντα.* Luciani lectio est in Comp., Codd. 19, 56, 82, 93, 108, 246. Cap. xxiii. 35: כְּעֶרְכּוֹ. *O'. κατὰ τὴν συντίμησιν αὐτοῦ. Λ. κατὰ δύναμιν αὐτοῦ* (ܟ ܡܗ ܕܢ ܒ). Sic Comp., Codd. 19, 82, 93, 108.

Ex hac omnium locorum, in quibus Lucianus nominatim appellatur, recensione certissime concluditur arcta propinquitas, ne dicamus identitas, inter Luciani editionem et Codd. 19, 82, 93, 108. Hi autem quatuor codices cum Complutensi et per occasionem uno et altero alio, necnon lectionibus quibusdam, quae in margine versionis Syro-hexaplaris, tacito Luciani nomine, hic illic afferuntur,[11] per libros Regum, Paralipomenωn, Esdrae et Nehemiae (ut cuique Hexapla nostra vel raptim inspicienti patebit[12]) tam mirum in modum in certis lectionibus ab editione vulgata quasi conjuratione facta desciscunt, ut eos ad specialem quandam versionis LXXviralis recensionem pertinere negari non possit. Hanc autem nullam aliam esse quam Lucianeam, praeter probationem ex usu Syro-hexaplari literae *Lomad* ductam, alio firmissimo argumento demonstrari potest, videlicet quod Chrysostomus et Theodoretus, quos Luciani editionem, ab Ecclesia Antiochena usu receptam, legisse consentaneum est, in hac Bibliorum parte citanda, spreto textu vulgari, cum eo qui in quatuor libris nostris continetur, accurate

[10] Vid. Vercellone *Praefat. in Cod. Vat. a Maio editum*, p. v. [11] Vid. Hex. ad 3 Reg. i. 8. iii. 22. v. 6. 4 Reg. ix. 5. xv. 11. xviii. 20. [12] Vid. Hex. ad 1 Reg. i. 1 (bis), 3, 5, 6, 7, 9, 12, 16, 23, 28. ii. 14, 20, 22, 23, 24, 28, 30, 31, 35, 36 (bis), praeter alia minoris momenti exempla ex apparatu Parsonsiano petenda. In talibus varietatibus afferendis, quasi in re ulterius examinanda, formula generaliori, "Alia exempl." usi sumus (ut de hac ipsa recensione Euseb. in Dem. Evang. p. 336 D: *ὡς τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχει;* necnon Schol. ad 4 Reg. xii. 10: *ἔν τισιν;* quibus exemplaribus opponuntur *τὰ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων* (Schol. ad 2 Reg. xxiv. 25), et *τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα* (Schol. ad 3 Reg. xv. 23)), cujus loco hodie praetulerimus, "Alia editio," ut Syrus noster in scholio ad Jesai. ix. 6.

concinere solent. Etiam in divisione librorum Regum cum Diodoro et Theodoreto, qui librum tertium a Cap. ii. 12 incipiunt, faciunt Codd. 19, 82, 93, 108, 245.

Transeamus ad Prophetas, in quibus Luciani recensio, nisi nos omnia fallunt, ea est quae in undecim libris Holmesio-Parsonsianis 22, 36, 48, 51, 62, 90, 93, 144, 147, 233, 308, necnon apud Chrysostomum et Theodoretum, et in lectionibus anonymis in margine Codicis Ambrosiani Syro-hexaplaris charactere medio pictis, consona voce continetur. Hic primum expendenda sunt loca XII Prophetarum, in quibus sub siglo ambiguo λ̊ in margine Codicis Barberini Luciani nomen latere credibile est. In Jesaia et Jeremia vix reperitur haec notatio. In Ezech. iii. 26 Cod. 86 pingit: Οἱ Γ'. καὶ λ̊ (non λοιποί, ut De Reg. exscripsit), ubi λ̊ nil nisi *Lucianus* indicare potest, concinentibus Codd. 22, 36, 48, aliis. In Ezech. v. 2 (in *Auctario*) pro ὀπίσω αὐτῶν solus Cod. 86 in textu: ἐν μέσῳ αὐτῶν; in marg. autem: 'Α. Σ. λ̊ [Λουκιανὸς] ὀπίσω αὐτῶν. In Ezech. vi. 12 pro Οἱ λοιποὶ in codice, ni fallimur, est λ̊ pro Λουκιανός; certe lectio περιλειφθεὶς est in Codd. 22, 36, 48, aliis. Postremo in Ezech. xxxiv. 15 Cod. 86 (teste Stephanopoli) pingit: Οἱ Γ'. λ̊ [Λουκιανὸς] ποιμανῶ, et sic Codd. 22, 36, 48, alii. Restant loca Ezech. i. 9, 24. x. 5. xxvi. 3, in quibus siglum λ̊ *ceteros interpretes* denotare suadet tum aliorum testium assensus, tum codicum Lucianeorum lectionis, de qua agitur, repudiatio. Ex XII Prophetis in Mich. i. 15 ad 'Ισραήλ, quod in Hebraeo et textu LXXvirali recepto legitur, Cod. 86 in marg. notat: λ̊. Σιών. *Ceteros interpretes* sic vertisse prorsus incredibile est, itaque in Hexaplis ad loc. de *aliis exemplaribus* cogitavimus; nunc autem cum haec ipsa lectio in Codd. 22, 36, 51, aliis, reperiatur, de Luciano intelligere malimus. Ne longiores fiamus, editioni Lucianeae tribuimus lectiones, quae hoc siglo praenotantur, Joel. i. 12. ii. 3. Amos iii. 12. Obad. 3. Jon. i. 6. Habac. i. 5. Zeph. i. 5. Mal. i. 6; *ceteris* autem *interpretibus* Hos. ii. 5. Amos v. 12. Obad. 1. Mich. vii. 2. Zeph. i. 9, 10. Zach. i. 8. iii. 1. ix. 10. Argumentis quibus probavimus, recensionem quam referunt Codd. 22, 36, cet. vere Lucianeam esse, aliud, idque gravissimum, quasi cumulum addimus. Scilicet apud Ezechielem sexcenties obvia est formula אֲדֹנָי יְהוִֹה, pro qua in Ed. Rom. est κύριος tantum; in Comp., Ald., Codd. III, XII, 26, 42, 49, aliis, κύριος κύριος; in Codd. 22, 36, 48, aliis, ἀδωναΐ κύριος.[13] His autem diebus literas accepimus a Ceriani nostro, in quibus locum aureum de Luciano, e codice quodam Syriaco a se olim exscriptum, nobis transmisit. Hic autem Graece versus (e qua lingua translatus esse videtur) sic fere sonat: Ἐντεῦθεν Λουκιανὸς ὁ φιλόπονος ὁ ἅγιος καὶ μάρτυς, καὶ αὐτὸς σπουδὴν ποιησάμενος περὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν, καὶ διορθωσάμενος ἔνθα καὶ ἔνθα, ἢ καὶ ἐναλλάξας ἐνίας τῶν λέξεων ἃς ἔθεντο οἱ πρὸ αὐτοῦ ἑρμηνευταί, ἰδὼν τὸ ὄνομα ’ΑΔΩΝΑΪ ἔσω κείμενον, καὶ τὸ ὄνομα ΚΥΡΙΟΣ ἔξω κείμενον, ἀμφότερα συνάψας καὶ συνθεὶς αὐτὸς οὕτως ἐξέδωκεν ἐν τῇ διαθήκῃ ἣν κατέλιπεν, ὥστε εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ πολλαχοῦ γεγραμμένον· ΤΑΔΕ ΛΕΓΕΙ ’ΑΔΩΝΑΪ ΚΥΡΙΟΣ.[14]

Quod ad Octateuchum attinet, quaestio de Luciani recensione paulo obscurior est; nam

---

[13] Vid. Hex. nostra ad Ezech. ii. 4. [14] Mus. Brit. Add. MSS. 12,159, fol. 302 r.: ܡܢ ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܠܘܩܝܐܢܘܣ ܪܚܝܡ ܥܡܠܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܘܣܗܕܐ: ܟܕ ܐܦ ܗܘ ܗܘ ܡܝܨܦܢܘܬܐ ܥܠ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ: ܘܬܪܨ ܟܕ ܗܘ ܕܗܘ ܐܘ ܐܦ ܫܚܠܦ ܠܡܫܘܚܠܦܘܬܐ ܡܢ ܩܠܐ ܗܠܝܢ ܕܣܡܘ ܡܦܫܩܢܐ ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܩܕܡܘܗܝ. ܟܕ ܚܙܐ ܠܫܡܐ ܗܘ ܕܐܕܘܢܝ ܕܣܝܡ ܗܘܐ ܡܢ ܠܓܘ: ܘܠܫܡܐ ܗܘ ܕܡܪܝܐ ܕܣܝܡ ܗܘܐ ܡܢ ܠܒܪ. ܟܕ ܠܬܪܝܗܘܢ ܐܚܕ ܗܘ ܘܐܚܝܕ ܣܡ. ܗܟܢܐ ܐܫܠܡ ܗܘ ܒܕܝܬܩܐ ܗܝ ܕܫܒܩ ܡܢ ܒܬܪܗ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܬܟܚ ܒܗ ܕܟܬܝܒ ܒܣܘܓܐܐ ܕܘܟܝܬܐ. ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܐܕܘܢܝ ܡܪܝܐ.

et codices qui eam referunt (qui sunt, ut videtur, 19, 108, 118) non tam evidenter e ceteris emicant quam in libris historicis et propheticis, et loca a Chrysostomo et Theodoreto ex eo excitata pauciora sunt quam ut rem controversam decidere possint. Etiam de Jobo, Psalmis et Salomonis scriptis ad diligentiorem quam nunc instituere vacat investigationem sententiam nostram reservamus; praesertim cum ex iis S. Scripturae libris, qui nullam dubitationem admittunt, quid sibi Lucianus in editione sua concinnanda proposuerit, et quam viam inierit, non difficile est intelligere.

IV. *De Luciani editionis scopo et indole.*

Luciano, ut vidimus, quamvis utriusque linguae scientiam habenti, non propositum fuit novam versionem Graecam de Hebraeo conficere, sed versionem existentem ab Ecclesia universa probatam recognoscere, et archetypo congruentiorem reddere. In quo incepto cum magnus Origenes praecessisset, recensionem ejus cum textu *τῶν* O′ hexaplari aliquatenus ad verbum consentire non est quod miremur. Ne tamen Lucianum Origenis merum exscriptorem fuisse opinemur, obstant innumera loca in quibus lectionem hexaplarem aut prorsus rejicit, aut ad usum operis sui aptiorem facit.[15] In quo exsequendo viam quae nunc exponenda est iniisse videtur.

1. Omissiones versionis LXXviralis ex aliis editionibus non sine quadam variatione sartas tectas facit. E. g. Jesai. xl. 7, 8: O′. Vacat. Lucianus: *ὅτι πνεῦμα κυρίου ἔπνευσεν εἰς αὐτό· ἀληθῶς ὅμοιος χόρτῳ ὁ λαός. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε*; ex Symmacho et Theodotione cum mutationibus *ὅμοιος χόρτῳ* pro *χόρτος* et *καὶ τὸ ἄ. ἐξ.* pro *ἐξ. τὸ ἄ.* Jerem. xliv. 18: Hexapla: ※ *καὶ σπένδειν αὐτῇ σπονδάς* 4; ex Aquila, ut videtur. Lucianus: *καὶ σπένδοντες αὐτῇ σπονδάς*; scilicet quia praecesserat *διελίπομεν θυμιῶντες* (non *θυμιᾶν*). Alia specimina sunt Jerem. x. 8–10. xvii. 1–4. Ezech. x. 14. xxxiii. 25, 26.

2. Ut Hebraeae veritatis assertionem cum debita Seniorum veneratione conciliet, Noster ad duplices versiones confugere solet; cujus artificii exempla sunt: 1 Reg. xii. 2: *Senex et canus factus sum* (וָאֶשָּׁבְתִּי). O′. *γεγήρακα καὶ καθήσομαι* (וְשַׁבְתִּי). Lucianus: *γεγήρακα καὶ πεπολίωμαι* (fortasse ex Aquila) *καὶ καθήσομαι ἐκ τοῦ νῦν* (*ex hoc tempore vitam otiosam degam*, ad sensum apte, sed silente Hebraeo). 2 Paral. xiv. 11: לְאֵין כֹּחַ (*sive per invalidos*). O′. *καὶ ἐν ὀλίγοις*. Lucianus: *ἢ ἐν ὀλίγοις οἷς οὐκ ἔστιν ἰσχύς*. Jesai. ix. 6, ubi non sollicitata Seniorum humili versione, *μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ἄξω γὰρ εἰρήνην κ. τ. ἑ.*, Lucianus post *ἄγγελος* infert lectionem e ceteris interpretibus arcessitam, *θαυμαστὸς, σύμβουλος κ. τ. ἑ.* Jesai. xxiv. 23: *Et erubescet luna, et pudore afficietur sol.* O′. *καὶ τακήσεται ἡ πλίνθος, καὶ πεσεῖται τὸ τεῖχος*; quibus retentis Lucianus e Symmacho addit: *καὶ ἐντραπήσεται ἡ σελήνη, καὶ αἰσχυνθήσεται ὁ ἥλιος.* Jerem. v. 7: *Et jurare feci* (וָאַשְׁבִּיעַ). O′. *καὶ ἐχόρτασα* (וָאַשְׁבִּיעַ). Lucianus: *καὶ ὥρκιζον αὐτοὺς,*

[15] In Hex. ad Jerem. xxix. 11, 12 codices ad Lucianeam recensionem pertinentes male a nobis *libri hexaplares* nuncupati sunt.

καὶ ἐχόρτασα αὐτούς. Ezech. xxxi. 10: *Et elatum est cor ejus in altitudine ejus.* O'. *καὶ εἶδον ἐν τῷ ὑψωθῆναι αὐτόν.* Lucianus: *καὶ ἐπήρθη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ὕψει αὐτοῦ, καὶ εἶδον ἐν τῷ ὑψωθῆναι αὐτόν.* Ezech. xxxiv. 4: O'. *καὶ τὸ κακῶς ἔχον οὐκ ἐσωματοποιήσατε.* Θ. *καὶ τὸ ἄρρωστον οὐκ ἰάσασθε.* Lucianus: *καὶ τὸ ἄρρωστον οὐκ ἰάσασθε, καὶ τὸ κακῶς ἔχον οὐκ ἐσωματοποιήσατε.* Ezech. xlvii. 12: *Non marcescet folium ejus* (עָלֵהוּ). O'. *οὐ μὴ παλαιωθῇ ἐπ' αὐτοῦ.* Lucianus: *ὃ οὐκ ἀπορρυήσεται τὸ φύλλον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ παλαιωθῇ ἐπ' αὐτοῦ.* Et sic centies.

3. A Luciani stylo non abhorrent aliae interpolationes, quae non nisi ad explicationem aut connexionem pertinent. Sic 2 Reg. xii. 1 in Hebraeo et LXX est tantum: *καὶ εἶπεν αὐτῷ· δύο ἦσαν ἄνδρες κ. τ. ἑ.*; in Luciani autem recensione: *καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνάγγειλον δή μοι τὴν κρίσιν ταύτην. δύο ἦσαν ἄνδρες κ. τ. ἑ.* 3 Reg. xv. 23: O'. *πλὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ γήρως αὐτοῦ ἐπόνεσε* (Lucianus: *ἐποίησεν Ἀσὰ τὸ πονηρὸν, καὶ ἐπόνεσε*) *τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Jerem. xxxiv. 11: O'. *καὶ ἀπεστράφησαν μετὰ ταῦτα* (Lucianus addit: *μετὰ τὸ ἀποστεῖλαι*). Jerem. xliv. 19: Hebr. et O'. *καὶ ὅτι ἡμεῖς ἐθυμιῶμεν κ. τ. ἑ.* Lucianus (propter sequentia, *μὴ ἄνευ τῶν ἀνδρῶν ἡμῶν*): *καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον· καὶ ὅτι ἡμεῖς κ. τ. ἑ.* Jerem. l. 31: Hebr. et O'. *ἡ ἡμέρα σου.* Lucianus: *ἡ ἡμέρα τῆς πτώσεώς σου.* Thren. ii. 7: Hebr. et O'. *ὡς ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς.* Lucianus *παραφράζει*: *ὡς ψαλμὸν Λευιτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἑορτῆς.*

4. Quod ad singulas voces attinet, in libris Judicum, Regum, Paralipomenωn et Nehemiae pro iis quae Senioribus arriserant, alias synonymas Noster affectare videtur. Hujusmodi sunt: *ἐγένετο* pro *ἦν*, *γενήθητι* pro *ἔσῃ*, *παρεγένετο* pro *ἦλθεν*, *διέβη* pro *παρῆλθεν*, *ἤγαγε* et *ἐξήγαγε* pro *ἤνεγκε* et *ἐξήνεγκε*, *ἐπολέμησε* pro *παρετάξατο* (נִלְחָם), *ἐπελάβετό τινος* pro *ἐκράτησέ τινα*, *ἐξῆρε* pro *περιεῖλε*, *ἔκρινε* pro *ἐδίκασε*, *ἐξεῖλατο* pro *ἐρρύσατο*, *κατευθύνειν* pro *εὐοδοῦν*, *ἐνετείλατο* pro *συνέταξεν*, *σπώμενος* et *ἐσπασμένος* pro *ἕλκων* (*ῥομφαίαν*), *ἀλλόφυλοι* pro Φυλιστιεὶμ, *συγγένεια* pro *δῆμος*, *παιδάριον* pro *νεανίσκος* et *νεανίας*, *ὑποζύγιον* pro *ὄνος*, *φυλὴ* pro *σκῆπτρον*, *παντοκράτωρ* pro *σαβαὼθ*, *φρόνησις* et *φρόνιμος* pro *σοφία* et *σοφὸς*, *δύναμις* pro *παράταξις* (צָבָא), *δοῦλοι* pro *παῖδες*, *ἀρρωστία* pro *μαλακία* et *νόσος* (חֳלִי), *σκεύη πολεμικὰ* pro *σκεύη παρατάξεως* (מִלְחָמָה), *ἀρεστὸν* pro *ἀγαθὸν*, *ἑκούσιος* et *ἑκουσιάζεσθαι* pro *πρόθυμος* et *προθυμεῖσθαι*, *ἐθυμώθη ὀργῇ* pro *ὠργίσθη θυμῷ* (יִחַר אַפּוֹ), *ὑγιαίνει* pro *εἰ εἰρήνη* (הֲשָׁלוֹם), *μή μοι γένοιτο* pro *ἵλεώς μοι* (חָלִילָה לִי). Ex hujusmodi mutationibus paene infinitis, quae in apparatu Parsonsiano reposita sunt, selectas tantum in opus nostrum condidimus.[16]

5. Sed ut Lucianeae editionis indoles evidentior fiat, comparationem ejus cum textu LXXvirali ad pericopam paulo longiorem 2 Reg. xxii. 2–12 instituamus. Haec autem ea ipsa est, quam Eichhornius[17] e Cod. Coislin. III (Holmesio 82) in specimen versionis cujusdam Graecae deperditae edidit.

LXX.	LUCIANUS.
(2) Κύριε, *πέτρα μου, καὶ ὀχύρωμά μου, καὶ ἐξαιρούμενός με ἐμοί.* (3) *ὁ θεός μου φύλαξ μου ἔσται μοι, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ· ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας σωτηρίας μου, ἀντιλήπτωρ μου, καὶ κατα-*	(2) *Ἀγαπήσω σε, κύριε, ἰσχύς μου. κύριος στερεῶν με ἐκ θλίψεώς μου, καὶ διασώζων με.* (3) *ὁ θεός μου πλάστης μου, σκεπασθήσομαι ἐπ' αὐτῷ· ὅπλον μου, κέρας σωτηρίας μου, μονώτατος ἐμοὶ,*

[16] Vid. Hex. ad 2 Reg. xiv. 2. 3 Reg. i. 41.

[17] *Einleitung in das A. T.* p. 430.

φυγή [μου] σωτηρίας μου· ἐξ ἀδίκου σώσεις με. (4) αἰνετὸν ἐπικαλέσομαι κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. (5) ὅτι περιέσχον με συντριμμοὶ θανάτου, χείμαρροι ἀνομίας ἐθάμβησάν με. (6) ὠδῖνες θανάτου ἐκύκλωσάν με, προέφθασάν με σκληρότητες θανάτου. (7) ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπικαλέσομαι τὸν κύριον, καὶ πρὸς τὸν θεόν μου βοήσομαι· καὶ ἐπακούσεται ἐκ ναοῦ αὐτοῦ φωνῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου ἐν τοῖς ὠσιν αὐτοῦ. (8) καὶ ἐταράχθη καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τοῦ οὐρανοῦ συνεταράχθησαν καὶ ἐσπαράχθησαν, ὅτι ἐθυμώθη κύριος αὐτοῖς. (9) ἀνέβη καπνὸς ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ πῦρ ἐκ στόματος αὐτοῦ κατέδεται· ἄνθρακες ἐξεκαύθησαν ἀπ' αὐτοῦ. (10) καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. (11) καὶ ἐπεκάθισεν ἐπὶ [τῷ] χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη, καὶ ὤφθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμου. (12) καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ· κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ σκότος ὑδάτων, ἐπάχυνεν ἐν νεφέλαις ἀέρος.

καταφυγή μου, καὶ σωτήρ μου· ἐξ ἀσεβῶν σώσεις (s. σώσει) με. (4) αἰνετὸν ἐπικαλέσομαι κύριον, καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. (5) περιέσχον με συντριμμοὶ ὑδάτων, χείμαρροι βίαιοι περιέπνιξάν με. (6) σχοινία ᾅδου ἐκύκλωσάν με, καὶ προέφθασάν με παγίδες θανάτου. (7) ἐν θλίψει μου ἐπεκαλεσάμην τὸν κύριον, καὶ πρὸς τὸν θεόν μου ἐβόησα· καὶ ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου ἐν τοῖς ὠσιν αὐτοῦ. (8) καὶ ἐπέβλεψε, καὶ ἐσείσθη καὶ ἐταράχθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τοῦ οὐρανοῦ συνεταράχθη καὶ ἐφώνησεν, ὅτι ἐθυμώθη αὐτοῖς κύριος. (9) ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ κατέφαγεν γῆν· ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἐξ αὐτοῦ. (10) καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. (11) καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβείμ, καὶ ἐπετάσθη, καὶ ὤφθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. (12) καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ· κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ, καὶ ἐφείσατο ὑδάτων αὐτοῦ, νεφέλαι ἀέρος.

6. Quaeritur inde ab Huetio[18] et Hodio,[19] num Lucianus editionem suam in imitationem Origenis asteriscis et obelis instruxerit. Criticus Francogallus, ut talem notationem probabilem faciat, Hieronymum appellat, qui in Prologo Commentariorum in Danielem, "Sed et Origenes," inquit, "de Theodotionis opere in editione vulgata asteriscos posuit... et rursus quosdam versus obelis praenotavit... Cumque omnes Christi Ecclesiae, tam Graecorum quam Latinorum Syrorumque et Aegyptiorum hanc sub asteriscis et obelis editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros, quod Graeci in Aquilae et Theodotionis ac Symmachi editionibus lectitant."[20] Rursus in Epistola CXII ad Augustinum: "Vis amator esse verus LXX interpretum? Non legas ea quae sub asteriscis sunt, immo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes: quod si feceris, omnes Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris; vix enim unus aut alter invenitur liber, qui ista non habeat."[21] Sed ad Hieronymi mentem explicandam, praesertim in oratione declamatoria, sufficere videtur, si ponamus, non ipsos asteriscos, sed lectiones iis praenotatas, in fere omnibus exemplaribus tunc temporis inventas esse, id quod de Luciani editione dici potuisse nemo jam nescit. Nec tamen dissimulandum est, in libris quos Lucianeam referre recensionem affirmavimus, in primis Codd. 22, 36, 48 (quibus accenseri potest Cod. Ambros. signatus D. 96 Sup. et E. 3 Inf.) asteriscos passim appictos inveniri,[22] pro quibus hic illic obelos formae ÷, cum eadem tamen

[18] *Origenianorum* Lib. II, Cap. II, Sect. IV, § 10. [19] *De Bibliorum Textibus*, p. 628. [20] Hieron. Opp. T. V, p. 161. [21] Hieron. Opp. T. I, p. 752. [22] Vid. Hex. ad Jesai. ix. 6. Jerem. xxviii. 3. xxix. 14. Ezech. xxxiv. 14.

significatione, observavimus.[23] Etiam Lucianeae recensionis versionem Syriacam hac notatione non prorsus destitutam esse mox videbimus. E contrario nequis huc trahat Eusebii de pericopa Jerem. xvii. 1–4 testimonium: *Εἰ καὶ μὴ παρὰ τοῖς Ο′, ἀλλ' οὖν γε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ταῦτα εὑρόντες, καὶ ἐν ταῖς τῶν λοιπῶν ἑρμηνευτῶν ἐκδόσεσιν, ἔτι μὴν μετὰ παραθέσεως ἀστερίσκων καὶ ἐν τοῖς ἀκριβέσι τῶν παρὰ τοῖς Ο′ ἀντιγράφοις, ἀναγκαίως αὐτὰ παρεθέμεθα,*[24] meminerit, Eusebii *accurata exemplaria* ad Palaestinensem sive Origenianam, non ad Lucianeam recensionem juxta trifariam Hieronymi partitionem pertinere. Ad summam, Lucianum pericopas, saltem majoris momenti, de Hebraeo vel ceteris interpretibus in recensionem suam assumptas, asteriscis vel alia quadam notatione distinxisse, etsi res ad liquidum perduci nequit, non inviti credi-derimus.[25]

V. *De Lucianeae recensionis versione Syriaca.*

In Codice Ambrosiano Syro-hexaplari ad Jesai. ix. 6 scholium in margine sic habet: "Ex editione alia, quae versa est Syriace cura sancti Philoxeni episcopi Mabugens's: *Καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, admiratio* (ܬܡܗܐ h. e. *θαῦμα* Job. xvii. 8 in Syro-hex., vel *παραδοξασμὸς* Sym. ad h. l.), *σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, εἰρήνην καὶ ὑγίειαν αὐτῷ. μεγάλη ἡ ἐξουσία* (ܫܘܠܛܢܐ) *αὐτοῦ, καὶ τῇ εἰρήνῃ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον.*" Graeca nostra cum recensione Lucianea, sicut in Codd. 22, 36, 48, cet. jacet, in omnibus consentiunt praeter haec tria, *admiratio* pro *θαυμαστὸς*, *ἐξουσία* pro *ἀρχὴ*, et *τῇ εἰρήνῃ* pro *τῆς εἰρήνης*, quae ex imitatione Syri vulgaris mutata esse videntur. Versio, quae cognomine fautoris ejus Philoxeniana appellari potest, aliunde ignorabatur, donec anno 1868 Ceriani in *Mon. Sacr. et Prof.* T. V, pp. 1–40 partem Jesaiae versionis Syriacae, ex Graeca quadam editione concinnatae, e codice Musei Britannici signato "Addit. MSS. 17,106" in lucem protraxit. Codex continet Cap. xxviii. 3–17 (mutilum), xlii. 17—xlix. 18, lxvi. 11–23 (mutilum). Auctoris nomen periit, ultimo folio, quod subscriptionem habuisse probabile est, deperdito. Polycarpum autem chorepiscopum hunc fuisse, eundem scilicet qui in gratiam Philoxeni Novum Testamentum et Psalmos vertisse traditur, probabilibus argumentis evincere conatus est Editor. Cum vero Philoxenus episcopus fuerit Mabugi, urbis ad patriarchatum Antiochenum pertinentis, eum Lucianeae, sive Antiochenae, Bibliorum Graecorum recensionis versionem vernaculam faciendam procuravisse non est quod miremur. Comparationem inter Philoxeni (si recte ei tribuitur) versionis Syriaca et Luciani Graeca post Ceriani curas instituere nil attinet. In pluribus duo exemplaria amice conspirant; ubi vero dissentiunt, animadvertendum est primum, Syrum nostrum liberius vertere, et linguae nativae proprietati magis studere, quam in Pauli Telensis opere tractando assuefacti sumus; deinde (id quod etiam in Philoxenianae versionis ad Jesai. ix. 6 specimine observavimus) eum tum in singulis vocibus tum in sententiis transferendis non raro ad versionis Peschito aemulationem

[23] Vid. Hex. ad Ezech. xxxii. 25, 27. [24] Euseb. in Demonst. Evang. p. 484, necnon in Eclog. Prophet. p. 137.
[25] In eadem sententia est Ceriani in *Mon. Sacr. et Prof.* T. V, p. 2.

confugere, adeo ut editio ejus mixtae cujusdam et ex pluribus conflatae versionis speciem prae se ferat. is tamen deductionibus factis, plurima, fatemur, restant loca, in quibus scrupulus ex discrepantia duarum editionum tam gravis est, ut paene insuperabilis esse videatur.[26]

In fragmentis hujus versionis quae supersunt, asteriscus quinque locis appingitur, videlicet Cap. xlii. 19: ※ *τίς τυφλὸς ὡς ὁ ἀπεσχηκώς* (ubi Syrus *ἀπεσχικὼς* legisse videtur, vertens: ܕܫܦܝ ܥܝ); Cap. xlv. 9: *οὐαὶ ὁ κρινόμενος μετὰ τοῦ πλάσαντος αὐτόν*; Cap. xlvii. 1: ※ *κάθισον εἰς τὴν γῆν, οὐκ ἔστι θρόνος*; Cap. xlix. 1: ※ *ἐκ γαστρὸς ἐκάλεσέ με*; Cap. xlix. 8: ※ *καὶ ἔπλασά σε*; in quibus omnibus metobelus non pingitur. Etiam obeli vestigium dubium cernitur ad Cap. xxviii. 13.

VI. *De versione Joannis Josephi.*

Theodoretus in Dissertatione MS. cujus notitia Phelippaeo debetur,[27] post Luciani editionem mentionem facit cujusdam Joannis Josephi, his verbis: *ὅπου δὲ τὸ ἰ μετὰ τοῦ ὦ, Ἰωάννου Ἰωσήπου.* Excepto Theodoreti testimonio, haec editio et auctor ejus prorsus ignorabantur, donec his diebus contigit nobis, B. Stephanopoli collationes Codd. 86, 88 in Jeremiam evolventibus, incidere in copiam lectionum hoc ipso siglo ΙΩ. praenotatarum, quas omnes, a Parsonsio ne memoratas quidem, in Auctarium nostrum ad Jeremiam condidimus. Praeter notam singulis lectionibus praemissam, *Josephi* nomen semel ponitur, videlicet ad locum insignem Cap. xxxi (Gr. xxxviii). 22: *Nam creavit Jova novum quid in terra: femina circumdabit virum;* ubi ad versionem *τοῦ* ΙΩ. valde notabilem: *ὅτι ἤδη εἰργάσατο κύριος παράδοξον ἐπὶ τῆς γῆς· παρθένος κυοφορήσει γὰρ ἄνθρωπον,* exscriptor notat: *Ὡς ἐπὶ ἀληθείας οὕτως εὗρον αὐτὸ κείμενον ἐν τῇ Ἰωσίππου ἐκδόσει.*

De auctore versionis nihil notum, nisi eum, ut vel ex hoc specimine apparet, Christianum fuisse; unde fortasse aliquantulum probabilitatis accedat Hodii[28] conjecturae, videlicet Joannem Josephum eundem esse cum Josepho veteri Christiano scriptore, cujus Hypomnesticon edidit J. A. Fabricius,[29] nisi hunc libellum, quantum ex stylo ejus et aliis indiciis conjicere liceat, Theodoreto multis saeculis juniorem esse oporteat.[30] De versione ipsa, saltem quod ad Jeremiae vaticinia attinet, e reliquiis ejus nunc primum editis judicium satis accuratum fieri potest. Itaque non est, quod quibusdam Criticis placuit,[31] mera versionis LXXviralis recensio,

---

[26] Exempli causa: Cap. xlvi. 1, 2 juxta recensionem Lucianeam sic habet: *Ἔπεσε Βὴλ, συνετρίβη Δαγὼν, ἐγένετο τὰ γλυπτὰ αὐτῶν εἰς θηρία καὶ κτήνη· αἴρετε αὐτὰ καταδεδεμένα ὡς φορτίον κοπιῶντι καὶ οὐκ ἰσχύοντι, πεινῶντι καὶ ἐκλελυμένῳ ἅμα, οἱ οὐ δυνήσονται σωθῆναι ἀπὸ πολέμου, αὐτοὶ δὲ αἰχμάλωτοι ἦχθησαν.* Quae sic habentur apud Syrum nostrum: *Ἔπεσε Βὴλ, καὶ* (sic Pesch.) *συνετρίβη* Ναβὼ (sic Pesch.), *καὶ πάντα τὰ ὁμοιώματα τῶν γλυπτῶν αὐτῶν θηρίων καὶ κτηνῶν, ἃ αἴρετε αὐτὰ καταδεδεμένα ὡς φορτία· καὶ κοπιῶσι, καὶ οὐκ ἰσχύουσι, καὶ πεινῶσι, καὶ ἐκλελυμένοι εἰσὶν ἅμα, οἳ οὐ δυνήσονται φυγεῖν οὐδὲ ἀπὸ πολέμου, καὶ* (sic Pesch.) *αἰχμάλωτοι ἦχθησαν οἱ αἴροντες αὐτά.* [27] Vid. supra p. lxxxv. [28] *De Bibliorum Textibus*, p. 629. [29] In *Codice Pseudepigrapho V. T.* T. II, P. II. [30] Specimen opusculi sit Cap. XLVI, cui titulus: *Τίνες προσχήματι χρηστότητος ἢ εὐσεβείας θάνατον κατειργάσαντο; . . . Κάϊν, τὸν ἀδελφὸν φιλοφρόνως ὡς εἰς ἐώρησιν προτρεπόμενος, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, φάμενος, οὕτως ἀναιρῶν.* Ubi ad vocem sequioris Graecitatis *ἐώρησις* s. *ἐώρισις, obambulatio*, conferendus est Joannes Malala p. 36: *Ἐωριζόμενος γὰρ ἐπὶ τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρου πόλεως, εἶδε ποιμενικὸν κύνα κ. τ. ἑ.* [31] Joannem Josephum *editionis novae correctorem* ambigue vocat Hodius l. c. Minus caute Smith

sed versio Graeca ex Hebraeo, ut videtur, de integro confecta, quaeque cum Alexandrina nullam omnino affinitatem habeat. Utrum vero Josephus noster universos V. T. libros, an Jeremiam solum ediderit, nemo facile dixerit. Sermo Graecus non inelegans est; vertendi stylus paulo liberior, quique interdum paraphrastam commentatoremque potius quam interpretem sapit, ut praeter locum Cap. xxxi. 22 supra allatum ad Cap. xvii. 17. xxxix. 5. xlviii. 27. li. 11, 17 conspici potest. Quod reliquum est, in nonnullis locis inter Nostri Graecam versionem et Hieronymi Latinam mirum consensum observavimus (e. g. Cap. xxxvii. 21 Hebraea מחוץ הָאֹפִים Hieron. singulariter vertit *excepto pulmento*, Noster ἐκτὸς ὄψου; Cap. li. 59 denominatio admodum obscura שַׂר־מְנוּחָה Hieronymo sonat *princeps prophetiae*, Nostro προεστὼς τῆς προφητείας); unde haud improbabiliter conjiciat aliquis, Sophronium versionis Prophetarum Hieronymianae interpretem Graecum Joanni Josepho non plane ignotum fuisse.

CAPUT X.

De siglis et notis compendiariis ad Hexapla spectantibus.

Montefalconius in hoc capite tractando inter notas *cognitas* et *incognitas* discrimen facit; quam distinctionem, nec ab ipso curiose observatam, nobis praeterire visum, etsi harum notarum alias extra omnem dubitationem positas esse, alias ambiguitatem δυσδιάκριτον prae se ferre, per se intelligitur.

Itaque, ut a titulis nostri operis initium faciamus, vox Ἑξαπλᾶ sine compendio semper scribitur, nisi forte Ἑξαπλ. (sic) pro τὰ ἑξαπλᾶ, τοῖς ἑξαπλοῖς per omnes casus aliquando ponatur.

Tetrapla per compendium Δ^{π} significari, praesertim in Cod. Colb. ad librum Jobi, temere sibi suasit Montefalconius, cujus errorem mox sub compendio Δ^{π} γρ. convincemus. Etiam per literam Δ Tetrapla aliquando denotari opinatur idem in Hex. ad Ezech. xvi. 4, a nobis ibidem confutatus. Majorem difficultatem habet Scholium ad Psal. xxxvii. 21: Ὠριγένης καὶ Ο′. Θ. Ε′. Σ′. ἀγαθοσύνην. Εὐσέβιος καὶ Δ. δικαιοσύνην; in quo tamen loco, ut et in praecedenti, Δ nil esse nisi pravam scripturam sigli Λ (Λουκιανὸς) facile crediderimus.

(Dr. W.) *Dictionary of Greek and Roman Biography*, Vol. II, p. 598: "Theodoret (Dissert. MS. in Proph. et Edd., and Quaest. XXIV in Exod. and Quaest. X [et XI] in Jos.) mentions a Joannes Josephus *as having revised the LXX.*" Sed neque Theodoretus in Dissert. MS. hoc ait, et Theodoreti editi loca ad *Flavium* Josephum, non ad nostrum pertinere recte perspexit Hodius.

Nomina interpretum sive *editionum* per initialem cujusque literam vel literas designari, res nota est. Haec autem sunt:

O′. h. e. Οἱ ἑβδομήκοντα; interdum $\overline{οβ}$, οἱ ἑβδομήκοντα δύο; Paulo Telensi ܥܚܡܫ, Bar Hebraeo ܥ (pro ܫܒܥܝܢ, ὁ Ἑλλην), Latine LXX (male pictum VII in Notis Ed. Rom. ad Psalmos; vide supra p. xlvi).

A., ἀ, ἀκ., ἀκυ. (non AC, qui Thiemii est error[1]), Ἀκύλας; Syris ܐ, ܐܩ.

Σ., ς̂, συ., Σύμμαχος; Syris ܣ, $\overline{ܣܡ}$, $\overline{ܦܣܡ}$.

Θ., θ̂, θε., Θεοδοτίων; Syris ܬ, $\overline{ܬܐ}$.

E′, ê, πέμπτη ἔκδοσις; Syris ܗ.

S′, ŝ, ἕκτη ἔκδοσις; Syris ܘ.

[Z′, ἑβδόμη ἔκδοσις, vix, et ne vix quidem, reperitur. Vide supra p. xlvi.]

Ἑβρ., Ὁ Ἑβραῖος s. Τὸ Ἑβραϊκόν; Syris ܥ, ܥܒ, ܥܒܪܝܐ.

De compositionibus duorum aut plurium siglorum, Ἀ. Σ., Σ. Θ., Ἀ. Σ. Θ., etc. observandum est, lectiones ita praenotatas, praesertim longiores, saepenumero ad unum tantummodo interpretum pertinere, quocum ceteri sensu quidem consentiunt, ut tamen stylum orationis quisque sibi peculiarem sectetur. Exempli gratia: ad Psal. lxx. 24 Syro-hex. affert: Ἀ. Σ. ὅτι κατῃσχύνθησαν, ὅτι κατωρύγησαν οἱ ζητοῦντες τὴν κάκωσίν μου. Versio est Symmachi, ut ex Eusebio constat; Aquilae autem, partim ex eodem, partim ex conjectura: ὅτι κατῃσχύνθησαν, ὅτι ἐνετράπησαν οἱ ζητοῦντες κακίαν μου. Ad Job. xxi. 24 Syro-hex. affert: Ἀ. Σ. καὶ μυελῷ ὀστᾶ αὐτοῦ ποτίσει (ܢܫܩܝ). Graeca, ni fallor, Aquilae sunt; certe Cod. 252 (in *Auctario*) affert: Ἀ. ποτίσει. Σ. ἀρδόμενος; Cod. 255 autem: Σ. καὶ τῷ μυελῷ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἀρδευόμενος (Nicet. ἀρδόμενος). Ezech. xxiii. 34: Ἀ. Σ. Θ. καὶ τὰ ὄστρακα αὐτοῦ κατατρώξεις ὡς ὄστεα (תְּגָרְמִי, *rodes*) καὶ τοὺς μαστούς σου κατατιλεῖς. Versio, ut ex stylo conjicere licet, Symmachi est, cui soli eam tribuit Syro-hex. Etiam ad Jesai. viii. 9, 10, ubi Theodoretus: Σαφέστερον δὲ οἱ τρεῖς ἡρμήνευσαν τὸ χωρίον τοῦτο· συναθροίσθητε, λαοί,—μεθ' ἡμῶν γὰρ ὁ θεὸς, sensum trium interpretum esse, verba autem unius Symmachi, exinde apparet, quod, teste Curterio, Aquila et Theodotio postrema more suo sic verterint: ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ ἰσχυρός.

Οἱ Γ′, vel οἱ τρεῖς (Theodoret. passim), vel οἱ λοιποὶ τρεῖς (Cod. 264 ad Psal. xlix. 1), Syriace ܠ, vel ܠ ܫܢ̈ܝ, vel ܠ ܫܢ̈ܝ ܐܚܪܢ̈ (Num. xxi. 25), sine ulla dubitatione sunt *tres interpretes*, Aquila, Symmachus et Theodotio. E. g. ad Jesai. i. 10 Curter. affert: Οἱ Γ′. νόμον θεοῦ ἡμῶν; Syro-hex. autem: Ἀ. Σ. Θ. νόμον θεοῦ ὑμῶν (male pro ἡμῶν). Ad Jesai. xxxiv. 4 Curter. in marg. ※ Οἱ Γ′. καὶ τακήσονται πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν; Syro-hex. in marg. ※ Ἀ. Σ. Θ. καὶ τακήσονται κ.τ.ἑ. Ad Jud. xv. 9 Cod. X affert: Οἱ Γ′. ἐν σιαγόνι; Euseb. autem in Onomastico, p. 264: Ἀ. Σ. ἐν σιαγόνι, ubi Hieronymi Latina sunt: "Aq. et Theod. interpretantur *maxillam*." Et sic centies. Absurdissime igitur Curterius in *Praef. ad Jesaiam* per τοὺς Γ′ non Aquilam, Symmachum et Theodotionem, sed *tres nomine carentes interpretationes* intelligendas esse contendit, ut vel e titulo Psalmorum xciii, xciv patet: Ἀνεπίγραφος παρὰ τοῖς Γ′ καὶ Ε′ καὶ Ϛ′; ne dicamus neque ad Judices neque ad Jesaiam vel minimum trium versionum anonymarum

[1] In *Dissert. pro Puritate Symmachi*, p. 17. Vid. Eichhorn. *Einleitung in das A. T.* T. I, p. 397.

vestigium reperiri posse. Nec magis audiendus illustrissimus B. Waltonus, qui in lectionibus quibusdam Codicis Marchaliani a Curterio mendose descriptis haerens, conjecturam periclitatur, *forte per* οἱ Γ′ *tres editiones, Origenis vel Eusebii, Luciani, et Hesychii denotari,*[2] vel e textu Syro-hexaplari, cui lectiones sub ※ Γ′ non raro inseruntur, abunde confutatus.[3]

Οἱ Δ′. Per hanc notam *quatuor interpretes,* 'A. Σ. Ο′. Θ., significari *posse,* Montefalconio facile concedimus, sive Ο′ textum LXXviralem *communem* denotet (ut ad Jud. i. 9 Cod. 85 in marg.: Οὐδεὶς τῶν τεσσάρων, τὰ παρατείνοντα καὶ τὰ πρὸς ἀπηλιώτην), sive *hexaplarem* (ut Curter. ad Jesai. ix. 15: Οἱ Δ. αὐτὸς κεφαλὴ, ubi in Ed. Rom. est αὕτη ἡ ἀρχή). Sed cum ad Jesaiam, tum hic tum Cap. xxvi. 14, pro Οἱ Δ Parsonsius ex eodem codice edidit Οἱ λοιποὶ (Οἱ Λ̣), absentibus indubitatae fidei exemplis, hanc notam qualemcunque inter hexaplares recensendam esse non ausimus affirmare.

Οἱ Λ̣, Οἱ λοιποί; etiam Λ̣, λ̣, λοιποί; in versione Syro-hex. هنعلا (s. هكسم) هنعلا (addito هدهعملا Jos. xiii. 12); Hieronymo, *Ceteri interpretes;* sive omnes praeter τοὺς Ο′, in quo casu non differt ab Οἱ Γ′, sive omnes praeter eos qui modo nominati sunt, ut 'A. Οἱ λοιποί. Vid. Hex. nostra ad Gen. viii. 4. Lev. xiv. 34. Pro Οἱ Λ̣ aliquando perperam pingitur Οἱ Ō, ut in Hex. ad Num. xxxii. 12. Deut. iv. 11. Jesai. vi. 5. ix. 3.

Λ̣, λ̣, Syriace ܠ, h. e. Λουκιανός. Vide supra p. lxxxv.

Π. significat Πάντες, Syro-hex. هعمكهه (Hos. xiii. 15), h.e. *Omnes interpretes.* Curterius de *Pamphilo* cogitabat; sed ubi Cod. Basil. Π. habet, teste Montefalconio, Coislin. passim Πάντες expresse refert. Differt a praecedentibus, Οἱ Γ′ et Οἱ λοιποὶ, in quantum versionem τῶν Ο′ non excludit.

Δ$^{\pi}$, Δ$^{\pi}$ γρ., Δ. γρ. (Hex. ad Job. iii. 6), Δι$^{\pi}$ γρ. (Job. v. 25 in Cod. 138), ΔH ΓP (Job. xii. 11 in Cod. 252), cum multis aliis scripturis, h.e. Διπλῆ γραφή. *Tetraplorum* lectionem per hanc notam indicari, Montefalconius pro re explorata habuit, tantum de sola litera Δ cum hac significatione subdubitans. Sed omnem dubitationem eximit locus Job. viii. 21, ubi Montef. e Colb. excitavit: Δ$^{\pi}$ γρ. ἀγαλλιάσεως; Parsons. vero e Cod. 250: Διπλῆ γραφή· ἀγαλλιάσεως. Quod vero ad notam Δ. attinet, ad Job. xlii. 8 pro Δ. ὑπὲρ ὑμῶν, ut in Colb. pingitur, nos in Codd. 138, 255 reperimus Δ$^{\tau}$ ΓP^{a}. ὑπὲρ ὑμῶν.

Δ$^{\eta}$Ÿ (potius Δ$^{\eta}$Ÿ), δ$^{\nu}$ (Lev. xxv. 6) Δ̂ (Joel. ii. 1. Amos iv. 10), Δ^{s} (Jon. i. 3. Zach. ix. 5) valet δύναται, et in scholiis praeponitur propriorum nominum Hebraicorum interpretationibus; verbi causa: Θαρσείς. Δ^{s} κατασκοπὴ χαρᾶς. 'Ακκαρών. Δ^{s} ἐξαναρρίζωσις αὐτῆς. Vide nos in *Auctario* ad Joel. ii. 1.

$\overline{\chi\omega}$, etiam $\overset{\omega}{\chi}$, sequente lectione quae redundat, est proculdubio χωρὶς, *sine;* ut Jos. iii. 15. vi. 13: Πάντες $\overline{\chi\omega}$ τῆς διαθήκης. Jos. vii. 25: πά (sic) $\overset{\omega}{\chi}$ τῷ Ἄχαρ. Jos. vi. 25 (pingente Masio): καὶ ÷ πάντα ◂ τὸν οἶκον, ad quem locum Cod. X in marg.: Οἱ Ο′ $\overline{\chi\omega}$ πάντα. Interdum lectio superflua siletur, ut tamen e contextu facile divinari possit; e.g. ad Jud. ii. 1: τοῖς πατράσιν

[2] *Bibl. Polygl.* T. VI, Sect. XI, p. 123. Cf. Montef. in *Praeliminaribus,* pp. 69–73. [3] Sic Auctor Epistolae versioni Harethi praepositae (White (Rev. Joseph) *Letter* etc. p. 21): "Quod si tres illi illud textui insertum eodem modo interpretati essent, illi literas 'A. Σ. Θ., *Elif, Sin,* et *The,* nominum ipsorum initiales adscripsit, cujus rei in signum literam Γ, ̄, numeri ternarii notam adhibuit, unaque asteriscum apposuit."

ὑμῶν ÷ τοῦ δοῦναι ὑμῖν ◂, Cod. 85 in textu: *τοῖς πατράσιν ὑμῶν*; in marg. autem: *τοῦ δοῦναι ὑμῖν. παῖ χω̄.* Jud. iv. 8: עִמִּי. O′. Vacat. Cod. 85: *μετ' ἐμοῦ*, cum nota: O′. $\overline{\chi\omega}$. Θ. *ου* (*οὕτως*). 1 Reg. xx. 8: בִּי עָוֹן. O′. *ἀδικία ἐν τῷ δούλῳ σου.* Σ. $\overline{\chi\omega}$; ubi Sym., ut videtur, interpretatus est: *ἐν ἐμοὶ ἀδικία, sine ἐν τῷ δούλῳ σου.* Sed innumeris locis appingitur notula *Πάντες* $\overline{\chi\omega}$, ubi in contextu nihil est quod ullo modo ab uno interprete, nedum ab omnibus, abesse possit. Hac difficultate pressus, Montefalconius in omni casu ad adverbium *χωρὶς, separatim*, confugere coactus est, in quo tamen expediendo parum feliciter ei successit. Vocem *χωρὶς*, opinatur, Scholiastae ideo apposuisse videntur, ut editiones trium interpretum separatim in columnis suis spectatas distinguerent a lectionibus eorum quae in editione *τῶν* O′ hexaplari cum asteriscis insertae fuerant; quae lectiones non jam separatim, sed conjunctim cum illa LXX interpretum editione spectabantur. Sed secundum hanc explicationem formula *Πάντες* $\overline{\chi\omega}$ absolute posita non differt a simplici *Πάντες*; cum casu autem, ut *Πάντες* $\overline{\chi\omega}$ *τῆς διαθήκης*, significat *omnes interpretes, unumquemque in columna sua, τῆς διαθήκης habuisse;* quod manifesto falsum est. Quae cum ita sint, donec quid clarius emergat, hujus notae veri usus ignorantia fatenda est.

De usu compendii *ου* pro *οὕτως* in Palaeographia Graeca non ambigitur. Sic in Cod. 85: *Παῖ ου*; Σ. *ου*; O′. Θ. *καὶ οἱ λοιποὶ ου* (Hex. ad Jud. ii. 9, 12. iii. 15). Huc pertinet siglum *διωρθ ου* vel *διωρ̊ ου*, pro *διώρθωσα οὕτως*, quod lectionibus vel codicibus emendatis a correctore inscribi solitum est. Plene scriptum reperitur in Cod. Jes. ad Ezech. xlv. 12, teste Montefalconio: *Πεντεκαίδεκα εἰς τοὺς Γ′ ἐγέγραπτο, καὶ διώρθωσα πέντε καὶ εἴκοσι.* In libro Judicum frequens est notatio *παῖ* $\overline{\chi\omega}$ *διωρθ ου*, vel inverse *διωρθ ου παῖ* $\overline{\chi\omega}$, quae quid sibi velit propter causas praedictas in summa obscuritate versatur.

Inter notas *incognitas* Montefalconius collocat siglum *μ° ⸗*, quod in libro Jobi ad versiculos in textum LXXviralem ex Theodotione assumptos centies appingitur. E. g. ad Cap. xvii. 3–5: *τίς ἐστιν οὗτος; τῇ χειρί μου συνδεθήτω.* | *ὅτι καρδίαν αὐτῶν ἔκρυψας ἀπὸ φρονήσεως,* | *διὰ τοῦτο οὐ μὴ ὑψώσῃς αὐτούς.* | *τῇ μερίδι ἀναγγέλλει κακίας*, Cod. Colb. in marg. notat: ※ *Ἐκ Θ. οἱ δ′ (στίχοι)*; deinde subjicitur: *μ° ⸗ α̂*, quod Montefalconio significare videtur, *μόνος πρὸς πρῶτον*, id est, primum versiculum ex Theodotione solo desumptum esse. Sed singula ordine inquiramus. Itaque *μ° μόνος* esse non est quod dubitemus. Sic ad Jesai. xvi. 8 Cod. XII notat: *Ἀ. μ° ἀπ' αὐτῆς.* Ad Jes. v. 11: מַשְׁבִּימֵי, O′. *οἱ ἐγειρόμενοι*, Curterius affert: Θ. *μόνος ὁμοίως*, scil. *ἐγειρόμενοι*, cujus loco ceteros *ὀρθρίζοντες* vertisse credibile est. Deinde compendia scripturae *⸗* pro *πρὸς*, *⸗έθηκε* pro *προσέθηκε*, *⸗αγορευόμενον* pro *προσαγορευόμενον*, vel e profanis scriptoribus cognita sunt, ut nullo modo audiendus sit P. L. B. Drach in Hexaplis ad loc., qui siglum *⸗* non *πρὸς*, sed *Θεοδοτίων* (!) significare affirmat; nec magis Semlerus in *Epist. ad J. J. Griesbach*, p. 59, qui annotationem *μ° ⸗ κ* apud Cod. Colb. ad Job. xxxi. 35 explicat *μου γρ.* (*⸗*) *κυρίου.* Nobis vero collationem Cod. 252 Bodleianam evolventibus, contigit incidere in innumeros locos, in quibus in eadem nota pro *⸗* pingitur *προς κ̂*, rarius *προσκ̂*, semel (ad Cap. xx. 25: ※ Θ. *ἐπ' αὐτῷ φόβοι* ◂) M̊ *πρόσκειται ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ*; quae scriptura si cum alia, M̊ *⸗ ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ*, quam ad Cap. xxi. 21 venditant Codd. Colb. et 255, conferatur, evidentissime apparebit, sigla *⸗*, *⸗ κ̂*, *προσκ̂*, et *πρόσκειται* unum idemque significare. Idem codex ad Cap. xii. 21: ※ Θ.

ἐκχέων ἀτιμίαν ἐπ' ἄρχοντας ◂ notat: M̊ προσετέθη, quod tantundem est. Siglo ⸓ vel προσκ̂ aliquando postponitur numerus stichorum e Theodotione assumptorum; e. g. ad Cap. xvi. 21 Cod. 252 notat: μ° προς κ̂ α̂; ad Cap. xxi. 28–33 Codd. Colb., 255: M̊ ⸓ τὰ ιγ′; Cod. 252 autem: M̊ προς κ̂ γ̂ (mendose pro ιγ′); ad Cap. xxiv. 14–18 Cod. 252: M̊ προσκ̂ θ̂. Haec ad usum harum notarum, quae antecessoribus nostris tantum negotii facesserunt, declarandum sufficiant.[4]

ψ, Ὠριγένης. Vid. Hex. ad Jesai. xiv. 11. xxi. 13.[5]

ἀν^επ, ἀνεπίγραφος, *Anonymus.* Vid. Hex. ad Num. xxxi. 16.

CH, Σῆ, σημ., ση^μ, h. e. σημειῶσαι, *Nota bene.* Vid. Hex. ad Gen. xix. 24. Num. iv. 47. xiv. 16. Jos. v. 11.

Postremo τὸ ἔσω lectionem *textualem* significare, τὸ ἔξω autem *marginalem* saepius observavimus. Vid. Hex. ad 1 Reg. i. 23 (not. 51). xv. 11. xxv. 1, 31. 2 Reg. i. 25. 3 Reg. vi. 21. Psal. cxxxvi. 1.

CAPUT XI.

De fatis Hexaplorum post Origenis obitum.

Anno 232, ut vidimus,[1] Origenes, Alexandria expulsus, Caesaream Palaestinae concessit, ibique, exceptis ad breve tempus peregrinationibus, usque ad finem vitae ejus commoratus est. Hexaplorum ejus et Tetraplorum exemplaria autographa, immensae molis opus, ubinam tunc temporis reposita sint, ignoramus; sed post quinquaginta annos in celebri illa bibliotheca Caesariensi a Pamphilo Martyre confecta[2] reperta sunt; sive Caesareae inde ab Origenis obitu delituissent, sive aliunde, fortasse a Tyro, ubi decesserat, arcessita fuissent. In hoc repositorio Hexapla Origenis primogenia ab Hieronymo visitata sunt, ut ipse in Commentariis in Epist.

[4] Montefalconium (quem vid. in *Praelim.* p. 69 et in Monito ad Threnos) ad incitas redegit nota supposititia οἱ Γ. $\overline{\chi^{os}}$, de qua vid. nos in *Auctario* ad Thren. i. 8. Aliud siglum apud Curterium passim obvium, ΟΜΩΣΤΕ Ο′, cum ipse Montef. recte descripserit, Ὁμοίως τοῖς Ο′, cur inter notas *incognitas* recensuerit nescimus. [5] Occasione data, apponimus notam marginalem Codicis Marchaliani ad Jesai. iii. 24, a Cozza nostro rogatu exscriptam, de cujus scriptura supra p. xi subdubitavimus: ὁι Γ̄ ϲτιχ̄ οἳ ὑπο|κειμενοι οὐκ ε|κειντο εν τω| πεντακελιδω| ουδε ϕ εξηγου|μενοc τουτῶ| εμνηϲθη.

[1] Supra p. xlviii. [2] Hieron. Opp. T. II, p. 833: "Porro ipsum Hebraicum (S. Matthaei Evangelium) habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca, quam Pamphilus Martyr studiosissime confecit."

ad Titum narrat: "Unde et nobis curae fuit omnes veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digesserat, de Caesariensi bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare; in quibus et ipsa Hebraea propriis sunt characteribus descripta, et Graecis literis tramite expressa vicino; Aquila etiam et Symmachus, LXX quoque et Theodotio suum ordinem tenent."[3] Porro Caesariensem bibliothecam usque ad VI saeculum incolumem remansisse, constat e subscriptione Cod. Coislin. 202, qui est S. Pauli Epistolarum uncialis saeculo praedicto non recentior: *Ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν Καισαρείᾳ ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου χειρὶ γεγραμμένον αὐτοῦ.*[4] Non diu post, sed quo anno et cujusmodi infortunio incertum est, insigne hoc monumentum, dignumque quod regum reditibus redimeretur, una cum bibliotheca in qua conservatum erat, periisse credibile est.[5]

Quod ad Hexaplorum multiplicationem attinet, aut perpauca, aut ne unum quidem integri operis Origeniani apographum descriptum fuisse, haud absurda est virorum doctorum opinio. "Sane quivis conjicere valet," ut antecessoris nostri verba mutuemur, "quanti laboris fuit Graecis calligraphis, Biblia Sacra primum Hebraica lingua, quam ut plurimum ignorabant, depingere; Hebraica deinde Graecis literis e regione perscribere; postea vero quatuor, ut minimum, aliquando sex vel septem interpretum editiones, uno conspectu et e regione ponere, ea scilicet accuratione, ut una aliam non excederet. Id sane praestare pauci ex calligraphis poterant. Ad haec, cum illo aevo, in libris saltem hujusmodi, nonnisi uncialis character usurparetur, qui longe majus spatium occupabat, ac praeter illas Hebraici textus interpretumque columnas multa in marginibus Origenes apposuerit, monita scilicet, nominum propriorum aliorumque interpretationes, quae latos margines desiderabant; perquam minimam sane textus biblici partem singulis in paginis haberi necesse fuit: quibus perpensis, vix quinquaginta amplae molis voluminibus comprehendi Hexapla omnia potuisse putaverim."[6] In hoc rerum statu, Pamphilo et Eusebio feliciter in mentem venit, columnam *τῶν* O′ hexaplarem, asteriscis obelisque distinctam, seorsim vulgare; quorum editio tanto favore recepta fuit, ut exemplaris communis usus, saltem intra Palaestinae fines, prorsus antiquaretur.[7] Inde evenit, ut ad tot ecclesiarum necessitates sublevandas, bibliotheca Caesariensis quasi in officinam librariorum

---

[3] Hieron. Opp. T. VII, p. 734. Vid. supra p. xliii.

[4] Montef. in *Praeliminaribus*, p. 76, coll. Tischendorf. *Nov. Test.* p. clxxxix ed. 1859.

[5] Montefalconius hoc accidisse arbitratur, aut cum Caesarea a Persis sub Chosroe II capta fuerit, aut non diu postea cum in Arabum potestatem post diuturnam obsidionem delapsa, hisce aliisque omnibus ornamentis spoliata fuerit. Sed haec admodum incerta esse videntur. Nam primum Caesarea a Chosroe anno 603 capta, non fuit Palaestinae sed Cappadociae; deinde Caesarea Palaestina anno 638 in Saracenorum potestatem venit, non victa armis, sed a civibus suis dedita, et pretio 200,000 aureorum redempta. Altera historia, eam post septem annorum obsidionem anno 653 ab Arabibus expugnatam fuisse, quae Hofmanno in *Lexico Universali*, 1677, debetur, commentitia esse videtur.

[6] Montef. in *Praeliminaribus*, p. 73.

[7] Hieron. Opp. T. II, p. 522: "Mediae inter has provinciae Palaestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt." *Exemplar Eusebianum*, *τὸ Εὐσεβίου, τὸ βιβλίον Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου*, passim in scholiis memoratur; e.g. ad Job. xxxii. 13–17 Syro-hex. notat: "In Tetraplis quidem legebatur ut in margine; in exemplari vero Eusebii et Pamphili, ut in textu." Praeterea vid. Hex. ad Psal. xii. 6. lxxv. 1. cxvii. 28. cxxxvi. 1. Joel. ii. 8. Obad. 20. Mich. vii. 19. Ab Eusebiano non distare videtur *Origenes*, sive *exemplar Origenis* in Hex. ad Job. ii. 13. vi. 14. xxxix. 23. Jesai. xxvi. 18. Semel incidimus in mentionem *τοῦ Παλαιστιναίου* apud Procop. in Cat. Niceph. p. 406: *Τὸ Π. οὐκ ἔχει υἱὸς Ἐμμὼρ* (Gen. xxxiv. 2), *ἀλλ' Ἐμμὼρ μόνον.*

conversa sit, in qua exemplaria novae editionis calligraphorum sive voluntariorum sive mercede conductorum assiduo labore multiplicarentur, praesidentibus et ipsis operam dantibus Pamphilo et Eusebio; quibus eam operis partem, quae ad collationem et correctionem pertineret, reservatam fuisse, non conjectura, sed ipsorum qui in manibus sunt codicum attestatione ediscimus. Exempli causa: subscriptio libri III Regum in versione Syro-hexaplari sic sonat: "Sumptus est (ܐܬܦܨ, *μετελήφθη*) liber iste, ex quo translatus est hic qui in manibus est ex Graeco in Syriacum, ex Hexaplis bibliothecae Caesareae Palaestinae, et collatus est cum (ܠܘܬ ܩܒܠ, *ἀντεβλήθη πρὸς*) exemplari, cui subscriptum erat sic: *Εὐσέβιος διωρθωσάμην ὡς ἀκριβῶς ἠδυνάμην.*" E Graecis autem libris Scholia in Proverbia a Tischendorfio edita in fine habent: *Μετελήφθησαν ἀφ' ὧν εὕρομεν ἑξαπλῶν· καὶ πάλιν αὐτὰ χειρί* (corrige *αὐτοχειρί*)· *Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος διωρθώσαντο.*"[8] Postremo in Cod. Frid. Augustano ad finem libri Esdrae secundi tertia manus barbare adscripsit: *Ἀντεβλήθη πρὸς παλαιώτατον λίαν ἀντίγραφον δεδιορθωμένον χειρὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παμφίλου· ὅπερ ἀντίγραφον πρὸς τῷ τέλει ὑποσημείωσίς τις ἰδιόχειρος αὐτοῦ ὑπέκειτο ἔχουσα οὕτως· Μετελήμφθη καὶ διορθώθη πρὸς τὰ ἑξαπλᾶ Ὠριγένους. Ἀντωνῖνος ἀντέβαλεν· Πάμφιλος διόρθωσα.*[9]

Codex editionis Eusebianae omnium antiquissimus est Sarravianus Octateuchi, saeculi IV exeuntis vel V ineuntis, qui textum quidem asteriscis et obelis insignitum prae se fert, sed lectionibus marginalibus omnino destitutus est; nec ullam subscriptionem habet, nisi quod ad finem Numerorum pingitur nota compendiaria, quae in *Διωρ*, h. e. *Διώρθωσα*, probabiliter resolvi potest. Etiam Prophetarum Codex Chisianus vetustissimus (R. VII, 45) de numero eorum est, qui textum Origenianum sine apparatu marginali exhibent. Sed major pars codicum Graecorum hexaplarium (e quibus sunt Marchalianus et Barberinus in Prophetas, necnon, qui omnes aetate anteivit, ille ex quo Paulus Telensis versionem suam Syriacam concinnavit) praeter textum notis Origenianis instructum silvam lectionum trium interpretum aliarumque anonymarum in margine habet, ne commemoremus scholia Origenis aliorumque, quorum alia ad explanationem nominum propriorum Hebraeorum, alia ad textus enarrationem pertinent; cujus apparatus magnam partem a Pamphilo et Eusebio ad Hexaplorum damnum compensandum elaboratam fuisse probabiliter conjici potest; immo in subscriptionibus nonnullorum librorum hoc diserte affirmatur. Sic scriba versionis Jesaiae Syro-hexaplaris: "Sumptus et *lectionibus marginalibus instructus est*[10] ex exemplari Eusebii et Pamphili, quod et ipsi correxerunt ex bibliotheca Origenis." Quod vero ad scholia attinet, testis instar omnium est

[8] Tischendorf. *Notit. Cod. Sin.* p. 122. Cum hac subscriptione conferenda est alia versionis libri Proverbiorum Syro-hexaplaris: *Μετελήφθησαν ἀφ' ὧν εὕρομεν ἑξαπλῶν Ὠριγένους* (ܐܬܦܨ ܥܡ ܫܡܫܐ ܩܪܝܢ ܗܟܝܠ ܕܐܦܣ ܘܐܬܬܩܢ ܒܗ). *καὶ πάλιν* (ܘܬܘܒ). *αὐτοχειρὶ* (ܒܝܕܗ ܕܝܠܗ). *Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος διωρθώσαντο.* [9] Tischendorf. *Proleg. ad V. T. juxta LXX*, p. lxxix ed. 2da. [10] Sic intelligimus vocem Syriacam ܫܡܫܡ, proculdubio versionem Graecae *παρετέθη*, quae legitur in subscriptione Cod. Chisiani Danielis juxta LXX: *Ἐγράφη ἐκ τῶν τετραπλῶν, ἐξ ὧν καὶ παρετέθη*; necnon in subscriptionibus Josuae et Threnorum in versione Syro-hex.: *Ἐγράφη ἐκ τῶν ἑξαπλῶν, ἐξ ὧν καὶ παρετέθη*; ubi in priore est ܫܡܫܡ, in posteriore autem ܫܕܪ, quod Graecum *παρετέθη* pariter sonat, sed cum significatione *commendandi* vel *deponendi*, quae ab hoc loco aliena est. Sensus praegnans, quem Graeco verbo vindicavimus, confirmatur a subscriptione libri IV Regum in eadem versione: "Sumpta est haec quoque *Βασιλειῶν τετάρτη* . . . e libro Heptaplorum bibliothecae Caesareae Palaestinae, ex quo *καὶ αἱ ἐκδόσεις παρετέθησαν* (ܫܡܫܡ); necnon a subscriptione Ezechielis in Cod. Marchal.: *ὅθεν Εὐσέβιος ἐγὼ τὰ σχόλια παρέθηκα.*

exemplar Apolinarii *τοῦ κοινοβιάρχου*, ex quo sumptus est Codex Marchalianus Ezechielis: *Μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῶν Ὠριγένους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἅτινα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο καὶ ἐσχολιογράφητο, ὅθεν Εὐσέβιος ἐγὼ τὰ σχόλια παρέθηκα. Παμφιλος καὶ Εὐσέβιος διωρθώσαντο.*[11]

Quod reliquum est, quod selectio lectionum marginibus codicum hexaplarium Graecorum et Syrorum appictarum non in omnibus una eademque sit, ex eo accidisse videtur, quod quisque scribarum eas quae majoris momenti sibi viderentur excerpserit; quas tamen omnes ad communem originem, Pamphili scilicet et Eusebii operam studiumque, referendas esse vix dubium esse potest. His igitur duumviris, praeter cetera eorum egregia in se merita, pro reliquiis Hexaplorum, quas undique corrasas in hanc nostram apothecam condidimus, Ecclesia gratias immortales debet.

[11] Vid. Monitum ad Ezech. p. 765.

PROLEGOMENORUM INDEX.

CAP. I. DE HEXAPLORUM VARIIS NOMINIBUS. Pag. ix—xv.

CAP. II. DE AQUILAE EDITIONE. Pag. xvi—xxvii.

I. Aquilae historia. II. Quonam tempore Aquila versionem suam ediderit. III. De Aquilae versionis scopo. IV. De Aquilae interpretis stylo. V. De duplici Aquilae versione.

CAP. III. DE SYMMACHI EDITIONE. Pag. xxviii—xxxvii.

I. Symmachi historia. II. Utrum Symmachus an Theodotio versionem suam prius ediderit. III. De Symmachi versionis fide. IV. De Symmachi interpretis stylo. V. De duplici Symmachi editione.

CAP. IV. DE THEODOTIONIS EDITIONE. Pag. xxxviii—xlii.

I. Theodotionis historia. II. De Theodotionis versionis scopo et indole. III. De Theodotionis interpretis stylo.

CAP. V. DE EDITIONIBUS ANONYMIS. Pag. xlii—xlvi.

I. De Quinta, Sexta et Septima. II. De Quinta editione. III. De Sexta editione. IV. De Septima editione.

CAP. VI. DE HEXAPLORUM COMPOSITIONE. Pag. xlvii—li.

I. De Origenis in Hexaplis adornandis scopo. II. Quo tempore et loco Origenes Hexapla composuerit. III. De ordine versionum Graecarum in Hexaplis coactarum.

CAP. VII. DE LXX INTERPRETUM VERSIONE, UT IN HEXAPLIS ERAT. Pag. li—lxxi.

I. De editione τῶν ο′ hexaplari in universum. II. De Asteriscorum, Obelorum etc. forma et valore. III. De Lemnisco et Hypolemnisco. IV. De regulis, quas in textu LXXvirali reformando Origenes sibi praescripserit. APPENDIX I. De obeli pictura (⸎) versionis Syro-hexaplaris peculiari. APPENDIX II. Versionis Syro-hexaplaris Notitia generalis.

CAP. VIII. DE INTERPRETIBUS HEBRAEO, SYRO, SAMARITANO, QUORUM LECTIONES IN HEXAPLIS ALLEGANTUR. Pag. lxxi—lxxxiv.

I. Quid significet τὸ Ἑβραϊκὸν sive ὁ Ἑβραῖος. II. Quis sit ὁ Σύρος. III. Quid sibi velit τὸ Σαμαρειτικόν.

CAP. IX. DE LUCIANI EDITIONE. Pag. lxxxiv—xciv.

I. Quomodo Luciani editio ad Hexapla pertineat. II. Quid de Luciano et ejus editione a veteribus traditum sit. III. Quinam Bibliorum Graecorum codices Luciani editionem prae se ferant. IV. De Luciani editionis scopo et indole. V. De Lucianeae recensionis versione Syriaca. VI. De versione Joannis Josephi.

CAP. X. DE SIGLIS ET NOTIS COMPENDIARIIS AD HEXAPLA SPECTANTIBUS. Pag. xciv—xcviii.

CAP. XI. DE FATIS HEXAPLORUM POST ORIGENIS OBITUM. Pag. xcviii—ci.

GENESIS.